



UVA.BHSC

No 389

Fig. 200. 432



En la biblioteca de la Universidad de Tulagua

R. 397

Cod. del Collegio di Villageria della Comp. de' Tho. 7 de
su' d'breua

O ratio de magnis pompeii laudibus.	4
O ratio prima contra p. cullum de lege agraria.	x.
O ratio secunda de lege agraria.	xiii.
O ratio tertia de lege agraria.	xxx.
O ratio pro c. triburio pisonem	xxxii.
O ratio pro c. triburio pro duellione	xxxvii.
O ratio prima in l. caninium	xlii.
Secunda	xlvii.
E t tertia in eundem	li.
E t quarta	lxi.
C. respiciendum in M. tullium c.	lx.
M. T. C. in c. respiciendum filium.	lxi.
O ratio pro se ipso ad equites. r.	lxxiii.
O ratio pro reditu suo ad populum.	lxxvii.
O ratio pro reditu suo	lxxxviii.
O ratio de prouincis consularibus	lxxxv.
O ratio pro M. marcello	lxxxviii.
O ratio pro P. quinctio	ci.
O ratio pro beato rosio amerino	cxxx.
O ratio in pisonem	cxxxv.
O ratio pro tito Attio meliore	cxlviii.
O ratio pro qm. Plinio	clxv.
O ratio pro L. istia	clxxxviii.
O ratio pro Aulo ducentio bibe	ccii.
O ratio pro q. Ligario	ccviii.
O ratio pro domo sua ad pontifices	ccxxviii.
O ratio pro Aulo licinio archia poeta	ccxxxv.
O ratio pro A. Asureta	ccxlviii.
O ratio pro rescio comedo	ccli.
O ratio pro M. celio	ccclxxvii.
O ratio pro L. cornelio balbo	ccclxxxvi.
O ratio pro P. beato	ccclxxxviii.
O ratio in aruspicum responsus	ccc.
O ratio pro L. flacco	cccxxiii.
O ratio in uicinium testis	cccxxx.
O ratio pro M. fisco contra gallos	cccxxxv.
O ratio pro aulo cecina	cccxxxv.

statim hic res. p. maneat. neq. aliud negotium exeret. quod bene-
ste subterfugere non possit in prouinciam non iturum. Sic me
in hoc magistratu geram. p. r. ut possim. tri. pl. rei. p. iratum coher-
cere. mihi iratum continere. Quamobrem per deos immorta-
les colligite uos. Tri. pl. deferite eos a quibus nisi perspicuis breui
tempore deseremus. Conspirate nobiscum. consentite cum bonis
communiem rem. p. communi studio atq. amore defendate. Multa
sunt occulta rei. p. uulnera. multa nephariorum ciuium per-
nitiosa consilia. nullum externum periculum est. Non res. nō
gens ulla. non ratio pertimenda est. Inklusum malum. intesti-
num. ac domesticum est. huius prole quosq. nostrum mederi atq.
hoc omnes linare uelle debemus. Erratis si senatum probare ea
que dicentur a me. putatis populum autem esse in alia uoluntate.
omnes qui se metales uolent. sequentur auctoritatem consulis
solum x cupiditantes. liberi x delitit. caui in periculis non timidi
in contentione uel. q. si quis uestrum spe ducitur se posse turbulenta
ratione honori uesticari suo. primum me consule id sperare de-
sistat. deinde habeat ipsum me sibi documento. quem equestri
ortum loco consulem uidet. que uite uia facillime uiros bonos
ad honorem dignitatemq. perducat. q. si uos uim mihi studium.
p. c. ad communem dignitatem. defendendam. p. itemari per-
ficiam. profecto id quod maxime rei. p. desiderant. Ne huius or-
dinis auctoritas que apud maiores nostros fuit. eadem nunc lon-
go interuallo rei. p. restituta esse uideatur.

*M. T. C. Oratio secunda. P. A. nullum de lege
Agraria.*

ST HOC IN MORE POSITVM. QV. INSTITVTO
maiorum ut si qui beneficio uestro imaginis famu-
lie sue consecuti sunt. tam primam habeant oratio-
nem qua gratum beneficii uestri cum suorum
laude coniungant. Quia in ratione non nulli aliqua
digni maiorum loco reperiuntur. plerq. autem hoc perficimus
ut tantum maioribus eorum debitum esse uideatur. unde etiā
quod posteris solueretur. redundaret. Mihi quidem apud uos
de meis maioribus dicendi facultas non datur. non quo nō tales

fuerunt quales non illorum sanguine creatos discipulisq; uideat
institutos. Sed quod laude populari atq; honoris uestri luce carue-
runt. Demum autem ipso uereor ne arrogantis sit apud uos dicere
ingrati tacere. Nam de quibus studiis hanc dignitatem consecu-
tum memet ipsum commemorare per q̄ graue est. & silere de
tantis uestris beneficiis nullo modo possum. Quare adhibebitur
a me certa ratio moderatioq; dicendi. ut quid a uobis acceperim
commemorem. quare dignus uestro summo honore sim singulariq;
iudicio. ipse modice dicam si necesse erit. uos eisdem existimatu-
ros putem qui iudicauistis. Me perlongo intervallo prope memo-
rie temporumq; nostrarum primum hominem nouum consu-
lem fecistis & eum locum quem nobilitas firmatum atq; conu-
ratione obvallatum tenebat me duce rescidistis uirtutiq; in poste-
rum parere uoluistis. Neq; me tantummodo consulem quod est
ipsum per se amplissimum. sed ita fecistis quomodo patris nobilis
consules in hac ciuitate facti sunt. Nouus ante me nouus nemo. Nō
profecto si recordare uolueritis de nouis hominibus reperietis eos qui
sine repulsa consules facti sunt diuturno labore atq; aliqua occasio-
ne facti cum multis annis post petissent q̄ pretores fuissent aliqui
inferius q̄ per etatem ac per leges liceret. qui autem anno suo pe-
tuerint sine repulsa non esse factos. Me esse unum ex omnibus no-
uis hominibus de quibus meminisse possumus. qui consulatum
petierim cum primum licitum sit. consul factus sim cum primum
potuerim. ut uester honor ad mei temporis diem petitus non ad
aliene petitionis occasionem interceptus nec diuturnis precibus
efflagitatus. sed dignitati impetratus esse uideatur. Est illud am-
plissimum quod paulo ante commemorauis. q̄ quod hoc honore
nouis hominibus primum me multis posthabitis effecistis qd̄ pri-
mone qd̄ anno meo. Sed tamen magnificentius atq; honoratius
esse illo nihil potest. qd̄ meis comitiis non tabellam iudicem ta-
cite libertatis. sed uocem unam pro uobis iudicem uestrarum er-
ga me uoluntatis & studiorum tulistis. Itaq; me non extrema
tribus suffragiorum. sed prima illi uestri concursus. neq; singule
uoces preconum. sed una uoce uniuersus populus. r. consulem
declinauit. hoc ego tam inigne. tam singulare uestrum benefi-
cium. quare cum ad eum mei fructum atq; letitiam duce esse

permagnum: tam ad eam sollicitudinemq; multo magis. Verum
nunc etiam q̄r: in animo meo multae & graues cogitationes que mihi
nullam partem neq; nocturne neq; diurne cogitationis impartunt
Primum tuendi consilii que cum omnibus est difficilis & mag
natio: tum uero mihi n̄ preter ceteros cum errato nulla uenia. sed
to facto excusata laus & abrimis expressa preponatur. Non dubi
tans fidele consilium: non laboranti certum subsidium nobilitatis
ostenditur: q̄ si solus in discrimen aliquid adduceret: ferrem q̄r
atrimo equiore: Sed mihi uiderent certi homines si qua in re me no
modo consilio: uerum etiam casti lapsim esse ardentur uos imo
uersos qui me antea ueritas nobilitatis: uisuperaturi. Vbi autē q̄r
omnina potius perpetienda esse dico: q̄ non ita gerundum consula
cum: ut in omnibus meis factis atq; consiliis uestrum demē factum
consiliumq; laudeatur. Accedit etiam ille mihi humilis labor
ac difficilissima ratio consularis gerendi: q̄ non eadem qua supero
ribus cōs. lege & conditione utendum esse decreui: qui aditus hu
loci conspectumq; uestrum partim magnopere fugerunt: partim
uehementer non secuti sunt. Ego autem non solum hoc in loco di
cam: ubi est dictu facillimum: sed in ipso senatu in quo esse locus
huic uoci non uidebatur. Popularem me futurum esse consulem
prima illa mea oratione: kl. ianuar. dixi. Neq; enim uilo modo
facere possim: ut cum me intelligam non hominum potentis
studio: non excellentibus gratulauerim: sed uniuersis. p. r.
iudicio consulem ita factum ut nobilissimis hominibus longe pre
poneret: non & in hoc magistratu & in omni uita essem popula
ris. Sed mihi adhibuisse um & interpretationem uehementer
opus est uestra sapientia. Verum etiam magnis error: propter
inlicitos non nullorum simulationes qui cum populi non solum
commoda uerum etiam silitem oppugnant & impediunt: ora
tione assequi uoluit: ut popularis esse uideantur. Ego qualem
kl. iam acceperim rem p. q̄r: intelligo plenam sollicitudinis
plenam timoris: in qua nihil erat mali: nihil aduersi quod nō
boni metuerent: improbi expectarent. omnia turbulenta cō
silia contra hē. r. p. statim & contra uestrum oculum partim mi
ri. partim nobiliss. de signatis in sta esse dicebantur. Subiecta
erat de foro fidel: non ictu aliquo noue calamitatis: sed suspicō

ac perturbatione iudiciorum infirmatione rerum iudicarum
Noie dominationes extra ordinaria non imperia sed regna
queri putabantur. Que cum ego non solum suspicaret sed plane
cernerem neque enim obscure gerebantur dux in senatu in hoc
magistratu me popularem eos futurum. Quid enim est tam
populare quam pax qua non modo is quibus natura sensum dedit
sed etiam recta atque agri mihi letari videntur. Quid tam popula-
re quam libertas quam non solum ab hominibus verum etiam a be-
stis excipere atque omnibus rebus anteponi videntur. Quid tam popu-
lare quam otium quod ita iocundum est ut & uol & fortissimus
quisque uir maximos labores suscipiendos putet ut aliquando in
otio possit esse presertim in imperio ac dignitate qui idcirco &
maioribus nostris precipuam laudem gratiamque debemus quod
eorum labore est factum ut impune in otio esse possemus. Quare
re qui possum non esse popularis cum uideam hec omnia que
pacem externam libertatemque propriam generis ac nominis
uestri otium domesticum denique omnia que uobis cara atque am-
pla sunt in fidem ut quodam modo in patrimonium mei consi-
latus esse collata. Neque enim quiritas illud uobis iocundum ut
populare debet uideri largitio aliqua promulgata que uer-
bis ostentari potest. Neque uero illa popularia sunt existimanda
re uera fieri nisi exhausto erario nullo pacto potest. Neque uero
illa popularia sunt existimanda iudiciorum perturbationes
rerum iudicarum infirmationes restitutio damnatorum
qui ciuitatum afflictarum perditis iam rebus extremi ex-
actionum solent esse excusati neque si qui agros pro re polluerunt sed
si aliud quid est obscure moluntur aliud spe ac specie simula-
tionis ostentant populares existimandi sunt. Nam uere
dicam quiritas genus ipsum legis agrarie uituperare non pos-
sum. Venit enim mihi in mentem dios clarissimos ingenio
sissimos amacissimos plebi romane uiros ti. & c. grecos plebe
in agris publicis constituisse qui agri a priuatis antea posside-
bantur. Non sum autem ego is consilii qui ut plerique nephalee
arbitraretur grecos laudare quorum consilium sapientia mul-
tas esse uideo pro parte constitutas atque ut initio mihi delig-
to consili nuntiabatur legem agrariam. Tri. p. designatos

conferbere cupiebam quid cogitarent, cognoscere. Et enim
arbitrabar quomodo eodem anno gerendi nobis essent magistra-
tus. Esse aliquam oportere inter nos rei p. bene gerende admi-
nistrande societatem. Cum familiariter me in eorum semio-
nem insinuarem ac darem, celabar, excludebar, & cum osten-
derem si Lex utilis plebi romane uideretur, auctorem me atq.
adiutorem futurum, tamen aspernabantur hac libertatem meam
negabant me adduci posse ut ullam largitionem probarem.
Finem feci offerendi meae, ne forte in ea sedulitas aut insidiosa
aut impudens uideatur. Interea non desistebant clam interse-
conuenire, priuatos quosdam adhibere ad suos cetis occultos
noctem aduigere & sollicitudinem, quibus in rebus quanto
in metu fuimus ex uestra sollicitudine in qua illis temporibus
fuit, facile assequi coniectura poterit. Aneunt tandem ma-
gistratus in pte. condicio tandem expectata p. nulli qd. &
princeps erat agrariae legis & trulentius se gerebat q. ceteri.
Iam designatus alio uultu, alio uocis sono, alio incessu esse me-
ditabatur. Vestitu obsoleuitiore, corpore inculto & horrido.
Capillatio q. antebatq. maiore, ut oculis & aspectu denun-
tiare omnibus uim tribuniciam & minitari, r. p. uideretur.
Legem hominis conditionemq. expectabam. Lex inuito nulla
proponitur. Conditionem in priuatis aduocari iubet, summa cu
expectatione. Concurritur. Explicat orationem sane longam
& uerbis ualde bonis. Vnum erat quod mihi innotum uideba-
tur, qd. tanta ex frequentia inueniri nemo posset qui intel-
ligere posset quid diceret. hoc ille utrum insidiarum causa
feceret, an hoc genere eloquentie delectetur, nescio tamen siq.
auctores in condicione steterant de lege agraria nescio quid
uoluisse eum dicere suspicabantur. Aliquando tamen me
designato Lex in publicum proponitur. Concurrunt iussu mo-
plures uno tempore libertatis descripsam Legem ad me afferunt.
Omni hoc uobis ratione confirmare possum quia res, hoc casu
me ad legendam legem cognoscendamq. uenisse, ut si eam uo-
bis accommodatam atq. utilem esse intelligerem auctor eius
atq. adiutor essem. Non enim natura neq. studio, neq. odio
peritus inuito bellum nescio quod habet susceptum consulatus

cum tribunatu quia per sepe seditionis atq; improbi. Tri. pl. bona
& fortet consules obsterunt & quia uis tribunatu non nunqu
libidini resistit consulari non potestatum dissimilitudo sed animo
ruti distinctio dissensionem facit itaq; hoc animo legem sumpti
m manus ut eam cuperem esse apcam uestris commodis & eius
modis quam consilere non oratione popularis & honeste & libe
ter posset defendere. Atq; ego a primo capite legis usq; ad ex
tremum reperio quiritet nihil aliud susceptum nihil aliud acti
u uti. & reges etruu uectigalium prouinciarum omnium to
tius r. p. regnorum liberorum populorum orbis deniq; terra
rum domini constituerentur legis agrarie simulatione ac noie
sic confirmo quiritet hac lege agraria pulchra atq; populari
dari uobis nihil condonari ceteris hominibus omnia ostentari
p r. agror. etpi etiam libertatem priuatorum pecunias agere
publicas ex hauriri Deniq; quod est indignissimum per Tri. pl.
quem maiores presidem libertatis custodemq; esse uoluerunt
reges in ciuitate constitui que cum expositero si falsi uobis esse
uidebuntur sequar auct. oritatem uestram inuocabo meam sen
tentiam Sin insidias fieri libertati pestre simulatione Languo
ni intelligetis nolite dubitare plurimo fidei & sanguine
matorum uestrorum partam uobisq; traditam libertatem nul
lo labore uestro consule aduatore defendere. Primum caput
est legis agrarie quo ut illi putant temptamini leuiter quo ani
mo libertatis uestre dominationem ferre possitis. iubet enim
tri. pl. qui eam legem tulerit creati. x. uiros per tribus septem
decem ut quem nouem tribus fecerint si decem uir sit. hic qto
quam ob causam mutum rerum ac legum suarum hinc duxerit
ut populul. r. suffragio priuaretur. Totiens legibus agrariis
curatores constituti sunt trium uiri. quinq; uiri. decem uiri qto
a populari Tri. pl. hec quando rā per. xxxv. tribus creata sunt
& erum cum omnes potestates imperia. carationes ab uniuers
o populo r. proficisci conuenit. tum eas profecto maxime q
constituuntur ad populi fructum aliquem & commodum
in quo & uniuersi diligant quem populo r. maxime con
sulturum putent. & unus quisq; studio & suffragio suo uia
sibi ad beneficium impetrandum munire possit. hoc Tri. pl.

potissimum uenit in mentem . p . r . uniuersum priuare suffragiis
paucis tribus non certa conditione iuris / sed foris beneficio foris
to ad usurpandam libertatem uocare . Itaque eodem modo
capite altero ut comitiis ponunt . maxima . Ne hoc quod iudic
maiores nostros tam fuisse populares . ut quod per populum cre
ari fas non erant propter religionem sacerdotum in eo tametsi
propter amplitudinem sacerdotii uoluerint populo supplicari .
Atq . hoc idem de ceteris sacerdotiis . c . n . Domitius tri . pl . ur . cla
rissimus tulit . qd . populus per religionem sacerdotia mandare
non poterat . ut minor pars populi uocaretur ab ea parte q . esse
falsus si a collegio coeparetur . Videte quid intersit inter . c . n . do
mitium tri . pl . hominem nobilissimum & . P . rullum qui tempta
uit . ut opinior patientiam uestram . cum se nobilem esse diceret .
Domitius qd . per cerimonias populi fieri non poterat . ratione ad
secutus est . ut id quoad posset . quoad fas esset . quoad liceret po
puli ad partes daret . hic quod populi semper fuit . quod nemo
minuit . nemo mutauit . quin u . qui populo agros essent assi
gnatum ante acceperent a populo beneficium q . darent . id totum
eripere uobis atq . ementibus extorquere conatus est . Ille quod
dari populo nullo modo poterat . tamen quodammodo dedit . hic
quod admi nullo pacto poterat . potestate quadam ratione eripere
conatur . Queret quisquam in tanta iniuria tanta impudentia
quid expectant . Non desunt consilium . fides erga plebem . r .
equitas in uos . libertatemq . uestram uehementer desunt . habet
enim habere comitia . & . uros creandi eum qui legem tulerit .
hoc dicam plannus . habet nullus homo non cupidus neq . appetit
habere comitia . Rullum non dum reprehendo uideo fuisse istos
illud quidem nemo fecit de minore parte populi . quo partim
eat . uidete . habebit comitia . uolet eos denuntiare quibus rega
potestas hac lege queritur uniuerso populo . neq . ipse communit
neq . illi horum consiliorum auctores communi recte putantur
posse . Sortitur tribus . idem nullus homo felice educit quis uolet
tribus quos nouem tribus . & . uiros fecerunt ab eodem nullo e
ducte . hos hominum rerum ut iam ostendam dominos ha
bebimus . Atq . hi ut grati atq . memores beneficii esse uidentur
aliquid se nouem tribuum notis hominibus debere continebuntur

reliquis uero sex & uiginti tribubus nihil erit quod non patet
 posse suo iure denegare. Quos tandem igitur. x. uiros fieri
 uult. se primum. qui licet. Leges enim sunt ueteres. neq. de
 consulares. si quid interesse hoc arbitramini. sed tribunitie.
 uobis maioribusq. uestris uehementer gratè atq. iocunde. Li-
 cina est Lex & altera ebutia. que non modo eum qui tulerit
 de aliqua curatione ac potestate. sed etiam collegas eius cogna-
 tos affinis excipit. ne eis ea potestas curatione mandetur. &
 enim si populo consultis remouete. a suspitione alicuius tui com-
 modis ac fidem te nihil nisi populi utilitatem & fructum que-
 rere. sine ad illos potestatem. ad te gloriam beneficii tui perue-
 nire. Nam hoc quidem uix est liberi populi. uix animorum
 uestrorum ac magnificentię. Quis legem tulit. Rullus. quis
 maiorem partem populi suffragiis probauit. Rullus. quis
 comitis presuit. quis tribus quas uoluit uocauit. Rullo custode
 sortitus. Quis. x. uiros quos uoluit. renuntiavit. idem rullus
 quem principem renuntiavit. rullum. Nixime hercule sero
 hoc eum sibi non uobis omnium gentium dominis probaturum
 arbitrarer. Optime leges igitur hac lege. sine ulla suspitione
 tollentur. Idem leges sibi sua curatione petet. Idem maiore
 parte populi suffragiis spoliata comitia habebit quos uolet atq.
 in us se ipsum renuntiabit. & uidelicet collegas suos adscripto-
 res legis agrarie non repudiabit. a quibus et locis primitus in-
 udit & in prescriptione legis concessus est. Ceteri fructus om-
 nium rerum qui in spe legis positi sunt communium cautione atq.
 equa parte remnentur. At uideate hominis diligentiam. si
 aut Rullum cogitasse aut si nullo potuisse in mentem uenire
 arbitramini. Niderunt u qui hec machinabantur. si uobis ex
 omni populo deligendi potestas esset data. quecunq. res esset
 in qua fidel integritas. uirtus. auctoritas quereretur. uos et
 sine dubitatione. ad. G. M. Pom. principem delaturus. Et enim
 quem unum excunctis delegisset. ut eum omnibus omni-
 gentium bellis terra. & mari preponeret. certi in decem uiris
 faciendis. siue fidel haberetur. siue honos. & committi hunc
 optime & ornari. hunc iustissime posse intelligebant. itaq. ex-
 cipitur hac lege. non adolefcentia. non legitimum aliquod

impedimentum / non potestas / non magistratus / ullus alius nego-
cior ac legibus impeditur / reus deniq. quo mirus . & . ut fieri possit
presertim enim / proficere iubet / qd nulla alia in lege inquam
fuit / ne in illis quidem magistratibus quorum certus ordo est / siue
accepta lex esse / illum sibi collegam adhiberentis / eisdem ac un-
dicem cupiditatum . hic quoniam uideo uos homines dignitate
& contumelia legis esse commotos / renouabo illud quod in modo
regnum comparari / libertatem uestram hac lege funditus tolli
An hos aliter excusabatis / cum ad omnia uestra patri homines
cupiditatis oculos adiecissent / non eos in primis id acturos ut ex
omni custodia uestrae libertatis / ex omni potestate / curatore
patrocinio uestrorum commodorum . § 14 . Pompeius depelleret
uiderunt & uident si per imprudentiam uestram negligentiam
meam / legem incoGITAM accepertis / fore uti postea cognitis
infidelis cum decem uiros crearetis cum utriusq. omnibus & soletis
bus legis . § 14 . Pompei presidium opponendum putetis . Et hoc
parum argumentum uobis erit / a certis hominibus dominatio-
nem potestatemq. omnium rerum queri / cum uideatis eam
quem custodem uestrae libertatis fore uideant / expertem fieri
dignitatis . Cognoscite nunc que potestas decem uiris & quanta
desit / primum lege curata decem uiros ornate / iam hoc ma-
dicum & plane nouo more / uti curata lege magistratus ele-
cti nullis comitis ante sit datus . Eam legem ab eo pretore / pr-
qui sit primus factus fieri iubet . At quo modo / ut § 11 . § 12 . § 13 . § 14 . § 15 . § 16 . § 17 . § 18 . § 19 . § 20 . § 21 . § 22 . § 23 . § 24 . § 25 . § 26 . § 27 . § 28 . § 29 . § 30 . § 31 . § 32 . § 33 . § 34 . § 35 . § 36 . § 37 . § 38 . § 39 . § 40 . § 41 . § 42 . § 43 . § 44 . § 45 . § 46 . § 47 . § 48 . § 49 . § 50 . § 51 . § 52 . § 53 . § 54 . § 55 . § 56 . § 57 . § 58 . § 59 . § 60 . § 61 . § 62 . § 63 . § 64 . § 65 . § 66 . § 67 . § 68 . § 69 . § 70 . § 71 . § 72 . § 73 . § 74 . § 75 . § 76 . § 77 . § 78 . § 79 . § 80 . § 81 . § 82 . § 83 . § 84 . § 85 . § 86 . § 87 . § 88 . § 89 . § 90 . § 91 . § 92 . § 93 . § 94 . § 95 . § 96 . § 97 . § 98 . § 99 . § 100 .
ratum habeant / quos plebs designauerit / obitus est nullus ac
plebe designari / & si orbem terrarum constringit nouis legibus
quequid in secundo capite scriptum est / non meminit in ter-
tio . Atq. hic perspicuum est quid uersa maioribus accepit /
quid ab hoc . tri . pl . uobis relinquatur . At aores de singulis ma-
gistratibus bu uos sententiam ferre uoluerunt . Nam cum cen-
turata lex censoribus ferebatur / tum curata ceteris patris
magistratibus . Tum uerum de eisdem iudicabatur / ut esse re-
prehendendi potestas / si populum beneficii sui periret . Hinc
prima illa comita tenentis centurata & tributa / curata tantum
auspicioorum causa remanserunt / hic autem tri . pl . quauide-
bat potestatem neminem inuissi populi aut plebs posse curari

ea comitiū q̄ uol non finitū confirmauit. tributa que uelint emere
substulit. Ita nūc maiores huius comitiū uoluerunt uos de singu-
lis magistratibus iudicare. hic homo popularis ne unam quidem
populo comitiū potestatem reliquit. Sed uidete hominis re-
ligionem & diligentiam. Nidit & perspexit sine curiata lege oc-
uiros habere potestatem non posse. quoniam per nouem uiros
essent constituti. iubet ferre de his legem centuriatam. pretori
imperat q̄ id ipsum absurde nihil adire auctor. iubet enim
qui primus sic pretor factus eum legem curiatam ferre. Sin il-
ferre non posset qui postremus sit. ut aut iuisset in tantis rebus
aut profecto nescio quid spectasse uideatur. Verum hoc quod
est aut ita peruersum aut ridendum aut ita malitiosum aut ab-
scurum sit. relinquamus. ad religionem hominis reuertamur.
Videt sine lege curiata nihil aq̄ per decem uiros posse. Quid po-
testa si ea lata non erit. Attendite ingenium. Tum si oc̄ uiros in-
quit eodem iure sine quo qui optima lege. si hoc fieri potest
ut in hac ciuitate que longe iure sint quo libertatis ceteris ciui-
tibus antecellit. quinquam nullis comitiū imperium aut pote-
statem assequi possit. Quid ammet tertio capite legem curiatam
ferre iubet. quoniam quarto permittat. ut sine lege curiata
idem iuris habeant quod haberent si optima lege a populo es-
sent creati. Reges constituantur non decem uiri quiritel. itaq̄
ab his iuris fundamentisq̄ nascunt. ut non modo cum genere
ceperint. sed etiam cum constituantur omne nostrum ius po-
testat. libertasq̄ tollatur. At uidete q̄ diligenter retinet ius
tribunice potestatis. consilibus legem curiatam ferentibus a
tri. pl. sepe est intercessum. Neq̄ enim nos id querimus esse
hanc tri. pl. potestatem tantummodo si quis ea potestate teme-
re est ius existimemus hic tri. pl. lege curiata que. p̄. fieri
admit intercedendi potestatem. Atq̄ hoc cum in eo reprehen-
dendum est. qd̄ per tri. pl. tribunice potestas manuitur. tam-
in eo deidendum. qd̄ consili si legem curiatam non habet. at-
tingere remilitarem non licet. hinc eius uetat interceden-
di potestatem etiam si intercessum sit. tamen eandem con-
stituit quam si lata esset lex. ut non intelligam quare aut
hic uetat intercedere. aut quemquam intercessurum poter

cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit non
 rem impeditura. Sicut dicitur decem uiri / neq. ueris comiti si hoc
 est populi suffragiis. neq. illis ad spem neq. ad usurpationem ue-
 tustatis per. xxxc. lectores auspicioꝝ causa adsumbrant consti-
 tuti. Videte nunc eos qui a uobis nihil potestatis acceperunt q̄ eo
 maioribus ornamentis afficiat: q̄ omnes nos affectu sumus q̄ uos
 uos amplissimas potestates dedisti: habet auspicia coloniarum
 deducendarum causa decem uiros habere pullarios. eodem iure
 inquit quo habuerunt tres uiros lege sempronie. Audeſ etiam
 uelle mentionem facere legis sempronie: nec te ea lex permouet
 talis uiros illos. xxxc. tribunos suffragio esse creatos & cum. t. a
 T. graeci equitare ac puidore longissime remotis sit. id quod disti-
 milima ratione factum sit. eodem iure putat esse oportere. Dat
 praeterea potestatem uerbo pretoriam. te uera regum. Desinat
 in quinquennium. facit sempiternam. Tanti enim confirmat
 opibus & copiis ut inuisit eripi nullo modo possit. Deinde ornata
 apparitoribus scribis librariis praecibus architectis praeterea
 multis tabernaculis. centuriis suppellectilibus sumptum haurit ex
 erario. Suppedat a sociis ianitores ex equestri loco discentos
 in annos singulos stipatores corporis constituit. eisdem ministro
 & satellites potestatis. Formam adhuc habetis quiritis & spem
 ipsam tyrannorum. insignia uideis potestatis. nondum quomodo
 potestatem. Dixerit enim fortasse quispiam quid me ista ledit
 scriba. lechor. prece pullarius. omnia sunt hec huiusmodi quae
 ut ea qui habeat sine uestro suffragiis aut rex non ferenda. aut
 priuatus furiosus esse uideatur. Perspicite quanta potestas per-
 mictatur. non priuatorum insaniam. sed intollesantiam regis
 esse dicit. Primum permittitur infinita potestas. innumerabilis
 pecuniae conficiende de uestris uectigalibus non fruendis. sed
 alienandis. deinde orbis terrarum. genusq. omnium datur
 cognitio. pena sine prouocatione. animaduersio sine auxilio.
 iudicare per quinquennium. uel de consiliis uel de ipsis. in pt.
 poterunt. De illis interea nemo iudicabit. Magistratus uis pe-
 cere licebit. causam dicere non licebit. Emere agros a quibus
 uolent. uel quos uelint. quos uolent magno poterunt colonias
 deducere nouas. renouare ueteres. Totam Italiam suis colonis

ut compleat liceat / permittatur / omnes prouincias obeunda / li-
beros / populos / agris / mulcanda / Regnorum / uel dandorum / siua
potestas datur / cum uelint / rome esse / cum commodum quaciq;
uelint / summo cum imperio iudicioq; rerum omnium / togas
ut liceat / concedit / Interea dissoluant uictoria publica / de condi-
tis / abducant / quos uelint / Singula de maximis rebus iudicent
questori / permittant / finitorem mittant / tutum sit / qd finitor
um illi a quo missus erit / renouauerit / Verbum tibi deest qd
cum ego hanc potestatem regiam appello / Sed profecto maior
est quedam / Nullum enim regnum fuit / unquam quod non si-
minus iure aliquo ac regionibus tamen certis conneretur / hoc
uero infinitum est / quo & regna omnia / & imperium uestrum
quod latissime patet / & ea que partim libera a nobis / partim
etiam ignorata uobis sunt / permittit / legis continentur / Datur
igitur eis primum / ut liceat eis / uendere omnia de quibus uen-
dendis / s. c. facta sunt / M. tullio . C. M. cornelio col. / postea cur-
hoc tam est obcurum atq; cecum / Quod ista omnia de quibus
senatus censuit / nominatim in lege perferri / non ne potuerunt
Duc sunt huius obcuritatis cause / quatuor / Vna pudoris / si quis
pudor esse potest / in tam insigni impudencia / altera sceleris / Na
neq; ea que senatus nominatim uendenda censuit / audet appel-
lare / Sunt enim loca publica uerbis / sunt sacella / que post res-
titutam tribuniciam potestatem / nemo attingit / quo maiores in
urbe / partim perseuli / per fuga esse uoluerunt / hec lege tri-
bunatia decem uiri uendent / Accedit eo mons sacrus / Acce-
dent sacella aduenerat / Adtingentur etiam illa / uia uendi-
bilis herculanea / multarum delictarum / & magne pecunie
per multa alia / que senatus propter angustias emari uendenda
censuit / col. propter inuidiam non uendiderunt / Verum hec
fortasse propter pudorem in lege reticentur / Sed illud mag
est credendum / & permittendum / qd audacie / & uirata
corrumpendarum / tabularum publicarum / fingendorumq;
s. c. que facta nunquam sunt / cum ex eo numero qui per
eos annos col. fuerunt / multi mortui sint / magna potestas
permittetur / nisi forte nihil est / equum / uos de eorum aida-
cia suspicari / quorum cupiditati / nimum angustis / orbiter

rarum esse uideatur. habetis unum uenditionis genus, quod
magnum uideri uobis intelligo. Sed attendite animos ad ea que
consequuntur. Sic quasi gradum quemdam atq; actum ad certe
ra. actum intelligit. qui agri, que loca, edificia, quid est
preterea? multa in mancipiis, in pecore, in auro, argento, ebore
ueste, supellectilibus, ceteris rebus. quid dicam? inuidiosum pu-
tasset, hoc fore si omnia nominasset. non metuit inuidiam, qd
ergo? longum putauit & timuit nequid preteriret, adserpsit
aliud nequid, qua breuitate rem nullam esse exceptam uident.
quicquid ergo sit est italem quod publicum. p. r. factum sit.
.l. Sulla. q. Pom. cōf. aut postea id decem uirū uerbo uendere.
hoc capite quinque omnes gentes, nationes, prouincias, regna
decem uirum ditioni, iudicio potestatisq; permitta & condona-
ta esse dico. Primum hoc quero enim, qui tandem locus usquam
sit, quem non possint decem uiri dicere publicum. p. r. esse factum.
Nam cum idem possit iudicare, qui dixerit, quid est qd
non liceat ei dicere, cui non liceat idem iudicare? Commo-
dum erit pergamum, byzantium, thalium, ephesium, myleem,
lyricum, totam deniq; asiam que post. l. sillan. q. Pom. cōf.
recuperata sit. p. r. factam esse dicere. Ntrum oratio ad eum
rei disputationem deest, an non idem & dixerit & iudica-
bit, impelli non poterit, ut falsum iudicet. An si condemnate
asiam uolet terrorem damnationis & minas non quanti uolet
existimabit? Quid qd disputari contra nullo pacto potest, qd
iam statutum a nobis est & iudicatum, quam hereditatem ex
creauimus, regnum bythinie, quod certe publicum est. p. r.
factum, numquid cause est quin omnes agros, urbes, sterna,
portus, totam deniq; bythiniam decem uirū uendendum sint?
quid mislene, que certe uestre quinque, belli lege ac uictorie
facte sunt? urbs & natura ac situ & descriptione edificiorū
& pulchritudine in primis nobilis. Agri iocunda & fertiles
nempe eodem capite inclusi continentur. Quid alexandria
cum eaq; egyptus, ut occulte latet, ut recondita sunt, ut
furtim tota decem uirū tradatur. Quis enim uestrum hoc igno-
rat, dici illud regnum testamento regis Alexe. p. r. esse factum.
hic ego cōf. p. r. non modo nihil iudico, sed nequid.

sentiam quidem profero. Magna enim mihi res non modo ad statu-
 dum sed etiam ad dicendum uidentur esse. Video qui testamentum
 factum esse confirmet auctoritatem senatus extare hereditariis
 adite sentio. tum quando Alexca mortuo legatos Tyrum misimus
 qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent. hoc L. phi-
 lippum sepe in senatu confirmasse memoria tenet. eum qui regnum
 illud teneat hoc tempore neq. genere neq. mino regio esse. inter
 omnes fere iudeo conuenire. Dicitur contra nullum esse testam-
 tum non oportere. p. r. omnium regnorum potentem uidere.
 Demigratos in illa loca nostros homines propter agrorum boni-
 tatem & omnium rerum copiam. hac tanta de re. P. Rullus
 cum ceteris decem uiris collegis suis iudicabit. & uerum iudica-
 bit. Nam utrumq. utriusq. magnus est. ut nullo modo neq. conce-
 dendum neq. ferendum sit. uolet esse popularis. p. r. ad iudica-
 bit. Ergo idem ex sua lege uendet alexandriam. uendet alexan-
 driam. turbes copiosissime pulcherrimorumq. agrorum iudeo
 arbiter dominus. rex deniq. opulentissimi regni reperitur.
 Non summet sibi tantum. non appetet. iudicabit Alexandria
 regis esse. a. p. r. abiudicabit. Primum cum p. r. hereditatem. &
 uiri iudicent. cum uos uolueris de priuatis hereditariis centum
 uiros iudicare. deinde quis ager causam. p. r. Vbi res ista agetur
 qui sunt isti decem uiri quos perspicimus regnum alexandriae
 ptholomae gratis adiudicatos. quia alexandria peribat. cur
 non aperte ut antea eodem cursu hoc tempore. quos. l. Ceta-
 l. tequato eos. concurrerunt. cur non aperte ut antea. cur
 non item. ut cum decreto & palam regionem illam peterunt.
 An quicquid istis qui per cursum redum regnum tenere non potue-
 runt. nunc cecis tenebris & caligine se alexandriam peruen-
 turos arbitrati sunt. Atq. illud circumspecte uestro mentibus
 unaq. legatos uestros homines auctoritate tenet. qui rerum
 priuatarum causa legationes libenter obeunt. tamen extere
 nationes ferre uix possunt. Graue est enim nomen imperii
 atq. id etiam in leui persona pertimescit. propterea qd non suo
 nomine cum hinc egressi sunt. abutuntur. quid censetis cum
 isti decem uiri cum imperio. cum hisobus. cum illa delecta fi-
 nitorum iuuentute per orbem terrarum uagabuntur. & tande

animo / quomodo quo periculo miseris nationes futuris. Est in
imperio terror / patient. Est in aduentu sumptus / ferent. Impa-
beatur aliquid miseris / non recubibunt. Illud uero quantum e-
quiritur / cum si decem uiri qui aliquam in urbem aut expectat
ut hospes aut repente / ut dominus uenerit / illam ipsam locū
quo uenerit / illam ipsam sedem hospitalem in qua erit deducit
publicam p. r. esse dicit. At quanta calamitas populi si dixerit
quantus ipsi questus si negarit. Atq. uidem qui hoc appetunt qui
non nunquam solent omnes terras. qm. pompeio atq. omnia ma-
ria esse permissa. Simile uero est multa committi & condonari
omnia. Labori & negotio preponi an prede & questus. uel
ad socios liberandos an opprimendos. Deniq. si qui est honor sin-
gularis / nihil ne interest utrum p. r. cum cui uelit deferat an
si impoderit. p. r. per legis fraudem subripatur. Intellectus
quos res & quantas. decem uiri legis permissu uendendi sint. Nō
est sane cum se sociorum cum exterarum nationum. cum regum.
linguam implerint. modum reru. p. r. adhibeat manus uel
regalibus uestris irrumpan in eorum. Sequitur enim caput
quo capite ne permittit quid si forte desit pecunia que tanta
ex superioribus recipi potest. ut desse non debeat. Sed plane
quali ea res nobis saluti futura sit. ita cogitat atq. implorat ut
decem uiri uestri uel regalia uendant nominatim quam tu mihi
ex ordine recita de legis scripto p. r. actionem quam me hercu-
le ego preoni hanc ipsam luctuosam & acerbam predicationem
futuram puto. ut in suis rebus ita in re. p. r. luxuriosus nepos qui
prius siluas uendat q̄ uineas. Italiam percensuisti. perge in siciliā
nihil est in hac prouincia. quod aut opidis aut in agris maiores
nostri proprium nobis reliquerint. quin id uenire iubeat. qd̄
partum recentis uictoria maiores uobis in sociorum urbibus ac
finibus & uinctam pacis & monumentum belli reliquerunt.
id uos ab illis accepim hoc auctore uendent. hic mihi partem
per mentis uestra quiritet commouere uideo. dum patefa-
cio uobis qualis isti penitus abstractus insidias se posuisse arbitra-
tur contra qm. pompeii dignitatem & mihi quod ignoscere
si appello talem uirum sepius. uos mihi pretori biennio aī
quiritet hoc eodem in loco personam hanc imposuisti. ut

quibuscumq; rebus possem illius absentis dignitatem uobiscum uni
 tuerer. Feci adhuc que potui. neq; familiaritate illius adductus
 neq; spe honoris atq; amplissime dignitatis quam ego & si libere
 illo tam absente per uos consecutus sum. Quamobrem cum intel-
 ligam hanc totam fere legem ad illius opes evertendas tanquam
 machinam comparari. & resistam consilii hominum. & proficiat
 profecto quod ego uideo comparari. ut id uos uniuersi non so-
 lum uideret. uerum etiam & tenere possitis. Subet uenire que
 atalensium que phalietum que olympiorum fuerint. agrumq;
 agerensem & orindensem & godulianum. hec clarissimi uiri
 uictoria & P. uictoria P. seruili uictoria facta sunt. Adungit
 agros bythinie regios quibus nunc publicani fruuntur. Deinde
 atalicos agros in chersoneso in macedonia qui regis philippi sine
 per se fuerunt quique a censoribus locati sunt & cernissimam
 uectigal adscribit id auctori corynthios agros optimos & ferti-
 les & cyrenenses qui Apionis fuerunt. & agros in hispania ppter
 cartaginensem nouam. & in africa ipsam ueterem cartaginensem. uel-
 dit. quam uidelicet P. africanus non propter religionem sed
 illarum ac uetustatis de consulis sententia consecrauit. sed ut
 ipse locus eorum qui cum hac urbe de imperio decertarunt ue-
 stigia calamitatis ostenderet. sed non fuit tam diligens q̄ est
 tullius. aut fortasse emptorem ex loco reperire non potuit. Veri-
 tate inter hos agros regios septios ueteribus bellis uirtute summorum
 imperatorum adiungit regios agros mychridanis qui in paphla-
 gonia. qui in pontico. qui in capadocia fuerunt. ut eos decem
 uiri uendant. ita ne uero non legibus dantis. non auditis uer-
 bis imperatoris. non dum deniq; bello confecto. cum rege ma-
 tridates amisso exercitu regno a expulsis. tamen multis
 terris aliquid etiam nunc moliat. atq; ab in heta. & n. Pom.
 manu meore & illis paludibus & itinerum angustiis atq; alti-
 tudine montium defendatur. cum imperator in bello uictus
 in locis autem illis etiam nunc belli nomen reliquum sit. eos
 agros quorum adhuc penes q̄ n. Pom. omne iudicium & pote-
 stat' more maiorum debet esse. uiri decem uendant. & credo
 P. tullius. si enim sic se gerit. ut sibi um. & ut designatus esse
 uideatur. ad eam actionem potissimum proficietur. si ui-

debet ante queras in pontum iuvenis ad qm Pompeium mis-
ret: quarum ego iam exemplum ab istis compositum arbitror.
P. Servilius Rullus tri. pl. decem vir. S. d. Pompeio. qm. s. non
credo ascripturum esse magno. Non enim videtur id quod
munuere lege conatur concessurus uerbo. Te uolo curare
ut mihi synope presto sis: auxiliumq. adducas: dum eos agros
quos tuo labore cepisti: ego mea lege uendam. An pompeium
non adhibebit: in eius provincia uendet: manibus imperato-
ris: ponite ante oculos uobis Rullum in pontho inter nostra:
atq. hostium castra: hasta posita: cum suis formosis finistoribus
auditionem. Neq. in hoc solum inest contumelia: que uehe-
menter & insignis est: & noua: ut ulla res parua bello nondum
legibus daret: etiam tum imperatore bellum admiruante
non modo uenerit: uerum locata sit. Plus spectant homines
certe qua contumeliam. Sperant si concessum sit inimici qm.
pom. cum imperio: cum iudicio omnium rerum: cum infini-
ta potestate: cum innumerabili pecunia: non solum aliis in
locis uagari: uerum etiam ad ipsius exercitum peruenire: ali-
quid illi insidiarum fieri: aliquid de eius exercitu copias glo-
ria detrahi posse putant: inquam spem in qm. Pompeio exerci-
tus habeat: aut agrorum: aut aliorum commodorum: hanc
non habiturum cum uiderint earum rerum omnium potesta-
tem ad. oc. uros esse translata. Panor. non modeste cum istis
tos esse qui hoc sperent: tum impudentes qui consentunt: illud
queror tam me ab his esse contemptum: ut hoc portenta me-
cos: possimum cogitarent. Atq. in omnibus his agris edificisq.
uendendis permittitur decem uiris ut uendant quibuscuq. lo-
cis uideantur: o. perturbatam rationem: o. libidinem refrenan-
dam: o. consilia dissoluta atq. perdata. Uelut galea locare nullo
loco: nisi in hac urbe: hec aut illo ex loco hac urim frequenta
uerisse nostras res proprias: & in perpetuum a nobis abalena-
ti in paphlagonie tenebris atq. in capudocie solitudine licet:
.l. Silla cum bona indemnatorum ciuium funesta illa astione
sua uenderet: & se predam suam diceret uendere: tamen ex
hoc loco uendidit: nec quorum oculos offendeat: eorum ipso-
rum conspectum fugere ausus est: decem uiri uestra uehigalia

non modo ne uobis quidem arbiens. sed ne procone quidem pu-
blico teste uidentur. Sequitur omnes agros extra italiam infinito
extempore non ut ante a Silla. & Rom. cōs. cognitio decem uirū
priuatis sit an publicis. sicq. agro pergrande uectigal imponit
hoc quantum iudicium. quantum intollerandum. q̄ regum
sit qm̄ preterit. posse quibuscūq. locis uelare nulla discrepato-
ne nullo consilio priuata publicare. publica liberare. Excipi-
tur hoc capite ager sicilie retentoricus quem ego excipit. &
propter hominum necessitudinem. & propter equitatem. q̄
sepe uehementer gaudeo. Sed quid hoc impudentia. qui agrū
retentoricum possident. uictustate possessionis se non iure. mi-
sericordia. senatus non agrū conditione defendunt. Nam illū
agrū publicum esse fatentur. se moueri possessionibus ame-
rissimis. sedibus ac diuis penatibus negare oportere. Ac si est
priuatis ager retentoricus. quid eum excipit. Bñ autem pu-
blicus. que est ista equitas. ceteros. etiam si priuati sint. permis-
tere. ut publici iudicentur. Bñ excipere nominati qui publico
esse fateantur. Ergo eorum ager excipitur. qui apud Rullum
aliā ratione ualuerunt. ceteri omnes agri. qui ubiq. sunt sine
ullo defectu. sine p. r. conditione. sine iudicio senatus. & uirū
addicentur. Atq. etiam est alia superiore capite. quo omnia
ueniunt. questuosa. exceptio. que teget eos agros. de quibus se-
dere cautum est. Audiuit hanc rem non amē. sed ab aliis agri-
tari. sepe in senatu. non nunquam. ex hoc loco possidere agros.
in ora maritima. regem hyperpālen. quos. P. africanus. p. r.
ad iudicant. & tamen postea per. c. coctum. cōs. cautum esse se-
dere. hoc quia uol. fedus non uisisset. ueretur. hyperpāl. ut
satis firmum sit. & ritum. Quid cuiusmodi est illud. Tollitur ue-
strum iudicium. fedus totum excipitur. comprobatur. q̄ minuit
autionem. de cem. uiralem laudo. qd̄ regi. amico. cauet. non re-
prehendo. qd̄ non gratis. sic. iudico. uoluit enim. ante. oculos. isto-
rum. tube. regis. filius. adolescens. non minus. bene. nūmatus. q̄ bñ
capillatus. Nix. iam. uidetur. locus. esse. quantos. aceruos. pecu-
nie. capiat. Auget. addit. accumulatur. aurum. argentum. ex
preda. ex manubis. ex coronario. ad quodcūq. peruenit. neq.
relatum. est. in publicum. neq. in momentum. consumptum.

ad profiteri apud decem viros & a deo referri iubet: hoc capite
etiam questionem de clarissimis viris qui p. r. bella gesserunt
iudiciumq. de pecuniis repetendis ad decem viros transfatum
vident: horum erit nullum iudicium: quante cuiusq. manibus
fuerint quid relatum: quid residuum sit: in posterum vero lex
hec imperatoribus nostris constituitur: ut cuiq. de provincia de
cesserit apud eosdem decem viros quantum habeat prode manu
burum aut coronariis profiteatur: hinc tamen vir optimus eum
quem amat excipit: G. M. Pompeium. Vnde iste amor tam impro
vulus ac tam repetendus: qui honore decem viratus excluditur
prope nominatur: cuius iudicium legumq. datio: captorum
agrorum ipsius virtute cognitio tollitur: cuius non in provinciam
sed in ipsa castra decem viri cum imperio infinita pecunia maxima
potestate & iudicio rerum omnium iudicantur: quod nisi impe
ratorum quod semper omnibus imperatoribus est: conservatum
soli eripitur: si excipitur unus ne in omnibus referre debeat.
Verum tandem hoc capite honor haberi homini invidia quae
videtur: Remittit hoc Nullo. G. M. Pompeius beneficio isto legum
benignitate decem viris nihil vitatur: Nam si est equum praeda
ac manibus suis imperatores non in monumenta deorum in or
tuum neq. in urbis ornamenta conferre: sed ad decem viros
tanquam ad dominos reportare: nihil sibi appetere praecipue Pom
peius: nihil vult se in communi atq. in eodem quo ceteri iure uti
suis: Non est iniquum: q. si turpe: si intolerandum hoc decem
viris portitores omnibus omnium pecuniis constitui: qui non
modo reges atq. exterarum nationum homines: sed etiam im
peratores nostros excitant: non mihi videntur honoris causa
excipere pompeium: sed metuere: ne ille eandem contumelia
quam ceteris ferre non possit: Pompeius autem hoc animo sit: ut
quicquid vobis placeat: sibi ferendum putet: quod vos ferre
non poteritis: id profecto perficit: ut diutius in iura ferre cog
natis: Verum tamen cauet: ut si qua pecunia post nos eos: ex no
uis uel aegialibus recipiatur: ex decem viri utantur: Nova porro
uel aegialia videt ea fore: quae pompeius adiunxerit: ita remissis
manibus: uel aegialibus eius virtute partis se frui putat oportet
Parte sic pecunia: quante decem viris tanta quanta sit in terra

nihil pretermisim / sed omnes urbes agrorum regna denique postremo
etiam uectigalia uestra uenerint / accesserint in eum alium manu-
brum uestrorum imperatorum quantis & quam inanes diuine de-
uiris in tantis auctoritatibus tot iudiciis / tam infinita potestate re-
rum omnium querantur uidentur. Cognoscite nunc alios inuen-
tos atque intollemibiles questus / ut intelligatis ad certorum homi-
num importunam auaritiam / hoc populare legis agrarie non
esse questum / hac pecunia iubet agros emi quo decumant / non
confueui homines appellare asperius quiritel / nisi lacessitus de-
lim fieri oportet posset / ut a me sine contumelia nominarentur
si qui se decem uiros sperant futuros / iam uideretis quibus ho-
minibus omnium rerum & uendendarum & emendarum po-
testatem permitteretis. Sed quod ego non diu statuo mihi
esse dicendum uos tamen id potestis cum animis uestris cogi-
tare. Num hoc certe uideo mihi uerissime posse dicere cum
cum haberet hec . r . p . lucinof colatinof acidinof homines non
solum honoribus populi rebusque gestis / uerum etiam patientia
paupertatis ornatos / & tum cum erant catones / philippi lesii
quorum sapientiam temperantiamque in publicis priuatis fo-
rensis domesticisque rebus perspexeratis / tamen huiusmodi
res commissa nemini est / ut idem iudicaret & uenderet &
hoc faceret per quinquennium toto in orbe terrarum / idemque
agros uectigalibus . p . r . ab abenaret / & cum summam tante
pecunie nullo teste sibi ipse ex sua uoluntate fecisset / tum de-
nique emerit a quibus uellet quod uideretur / commisit ite uos
nunc quiritel his hominibus hec omnia / quos odorari hic ac-
uiratum suspicari / reperitis partem esse eorum quibus
ad habendum / partem quibus ad consimendum nihil satis
esse uideatur. hic ego iam illud quod expeditissimum sit
ne disputo quidem . at non esse hanc nobis a maioribus relata
consuetudinem / ut emantur agrorum a priuatis quo plebs publica
deducatur / omnibus legibus agrorum publicis priuatis esse de-
ductos huiusmodi me aliquid ab hoc horrido ac truce tri-
psit / fateor expectasse / hanc uero emendi & uendendi questu-
sissimam ac turpissimam mercaturam alienam actione tri-
binuata / alienam dignitate . p . r . semper pucaui / liber agros

emi. Primum quero quos agros & quibus in locis. Holo suspensa
 & incertam plebem. r. ab incerta spe & certa expectatione
 pendere. Albanus ager est. seminus. priuernus. fundanus. uelut
 falernus. linternus. cumanus. anagninus. audio ab alia parte ca-
 penas. faliscus. fabianus ager. reatinus. uenafranus. albanius. tre-
 bulianus. habes tantam pecuniam, qua hodie omnes agros & ce-
 teros horum similes non modo emere, uerum etiam coacer-
 uare possis. Cur eos non definiat, neq. nominat, ut saltem deli-
 berare plebs, r. possit quid inter sit sua, quid expediat, quantum
 tibi in emendis & uendendis rebus committendum putet. De-
 finio inquit italiam, fac ut certa regio & enim quantumlibet in-
 terest, uerum in massici iudices, in in italiam alio te ducamini.
 Ager non definit locum, quid natura. Ager uero inquit qui
 arari aut coli possit. qui possit arari inquit aut coli, non qui
 aratus aut cultus sit. Vtrum hec lex est in tabula uenatiana
 auctoris, in qua scriptum fuisse aune iugera. cc. in quibus oli-
 uetum fieri potest, iugera. ccc. ubi institui uinee possint. hoc
 tu emes ista, innumerabili pecunia, quod arari aut coli possit.
 Quod solum tam excole aut macrum est, quod aratro perstrin-
 gi non possit. Aut quod est tam asperum, saxosum, in quo agri-
 colarum cultus non elaboret. Idcirco inquit agros nominare
 non possum, quia tangam nullum ab initio, hoc quoq. multo
 est questuosius, q̄ si ab initio summeret. inuenitur enim ratio
 questus de nostra pecunia, & cum deniq. ager emetur, cum uide
 expediet emptori & uenditori. Sed uidete uim legis agrar-
 iae. Nec u quidem qui agros publicos possident, decedente de-
 possessione, nisi erunt deducti optima conditione & pecunia
 maxima. Conuersa ratio, antea cum erat a tri. pl. mentio le-
 gis agrariae facta, continuo qui agros publicos aut possessiones
 inuidiosas tenebant, pertimescebant, hoc lex eos homines for-
 tunis locupletat, inuidia liberat. Qui multos enim, q̄ exci-
 stimas esse, qui latitudinem possessionum tuere, qui inuidia
 fillanorum agrorum ferre non possint, qui uendere cupiant,
 emptorem non reperiant, perdere tam deniq. illos agros ra-
 tione aliqua uelint, qui paulo ante die noctiq. tributum
 nomen horrebant, uestram uim metuebant, mentione legis

agrorum pertinerebant. ut nunc etiam ultro rogabuntur atque
 buntur. ut agros partim publicos partim plebos inuicta plebs
 pericula. quanti ipsi uelint decem uiris tradant. Atque hoc carnis
 hic tri. pl. non uobis sed sibi inuiscimus. habet socerum uiri
 optimum. qui tantum agri in illis r. p. tenebris occupauit quasi
 concupiscit. hinc subuenire uale subcumbenti iam & oppresso
 sillanus oneribus graui sua lege. ut liceat illi mundum deponere
 pecuniam condere & uos non dubitatis quin uectigalia uestra
 uendatis plurimo maiorum uestrorum sanguine & sudore.
 Nam ad hanc empesorem decem uiralem duo genera agrorum
 spectant. quiritel. eorum unum propter mundiam domino fu-
 gant. alterum propter uasitatem. Sillanus ager a certis ho-
 minibus laetissime continuatis tantam habet mundiam. ut ueri
 ac fortis tri. pl. stridorem unum perferre non possit. hic ager
 omnis quoquo pretio emperit. tamen ingenti pecunia nobis
 inducetur. Alterum genus agrorum propter sterilitatem. inuic-
 tum propter pestilentiam uasum atque desertum emetur ab illis
 ex edicto non possedit: cum confiteretur ex praedio u detruendi
 esse quintum. omnia autem bona possessa non esse constituta: q-
 bonorum possessio spectetur: non in aliqua parte: sed uniuersis
 que tenentur: aut possideri possint. Dixit dominum rome fuisse quo
 iste ne aspiraret quidem. Sertius complures ex quibus iste posse-
 derit: neminem ne attingeret quidem: unum fuisse quem at-
 gere conatus sit: Prohibitum fuisse: qui eussit: in ipsa galla cogno-
 sta: in praedio praemata quinti. Sex. Neuum non uenisse. Deniq-
 ex hoc ipso factu quem per unum expulsio facta possedit: seruos pri-
 uatos quinti omnes esse factos esse. Ex quo ex ceteris dictis: factis
 cogitantibus. Sex. Neui quous potest intelligere illum nihil aliud
 egisse: neque nunc agere: nisi ut per unum: per iniuriam: per iniq-
 tatem iudicij totum agrum: qui communis est: suum facere pos-
 sit. Hunc causa praemata. res ipsa & periculi magnitudo. c. Aequi
 cogere uideatur: ut te te atq. col. qui tibi in consilio sunt: oblectat
 oblectenturq. p. quantius per se ac senectutem ac solitudinem sua
 nihil aliud nisi ut uestre naturae bonitatiq. obsequamini: ut cu-
 ueritas hoc faciat: plus huius inopia possit ad misericordiam q-
 illius opes ad crudelitatem. quo die ad te iudicem uenimus: eode-
 die: illorum inuasit: quas ante horrebamus: negligere cepimus: hinc
 cum causa contenderet: nos nostrum per facile: cui uis probauimus
 statuere: quod uite ratio: cum ratione uite decerneret: id-
 circo nobis etiam magis te iudice: opus esse arbitrari sumus: ea res

eum nunc indifferente uersatur: utrum possit ne se contra luxuriam
 ac licentiam rusticana illa atq; inculta parsimonia defendere: an
 deformata ornamentis omnibus spoliata uicta cupiditati petulan-
 tiaq; addicatur: Non comparat se tecum, gratia. P. Quintus. Sex:
 Meus non opibus non facultate conuersat: omnes tuas artes quibus
 tu magnus es tibi concedit: faceret te non belle dicere: non ad uo-
 luntatem loqui posse: non ab assidua amicitia transfugere atq; ad
 florentiam aliam deuolare: non profusus sumptibus uiuere: non or-
 nare magnifice splendideq; conuiuium: non habere domum clau-
 sam pudori: & sanctimonie patientem atq; ideo expositam cupidi-
 tati & uoluptatibus: contra sibi officium: fidem: diligentiam, uita
 omnino semper horridam atq; aridam cordi fuisse. Ista supersorta
 esse & plurimum posse his moribus sentit: quid ergo est: Non usq;
 eo tamen: ut in capite fortunae hominum honestissimorum do-
 minentur hi qui relictis uirorum bonorum disciplina & questum
 & sumptum galloni sequi maluerunt: Atq; ita etiam quod in illo n
 fuit cum audacia perfidiaq; uiscerunt: Scilicet uiuere eum quem
 Sese Neuis non uult: Si est bonum honesto loco in ciuitate: inuito
 Neuis si fas respicere. P. Quintum contra rustum dictionemq; Meus
 inque pudore ornamenta sibi peperit: ea potest contra petulantiam
 te defendente obtinere: spes est: & hunc miserum atq; infelicem
 aliquando tandem posse consistere. Sin. & poterit Neuis id quod
 libet: & ei libebit id quod licet: a uel agendum est: cuius homi-
 nis fidelis imploranda est: quis denique questus
 quis metor dignus inueniri in calamitate tanta potest: miser
 est deturbari fortunis omnibus: miserus est inuria: acerbum e
 ab aliquo circumueniri: acerbum a propinquo: calamitosum est
 bonis euerri: calamitosum cum dedecore: Funestum est a forti
 atq; honesto uiro uigilari: funestus ab eo cuius uos in portio
 questus presertit: indignum a pari uicis aut superiore: indigni
 ab inferiore: Luctuosum est erudi alteri cum bonis: luctuosius
 nimico: horribile est causam capere dicere: horribilius priore
 loco dicere: omnia circumspexit omnibus: omnia periculis e
 c. Aquila non. pr. modo a quo uis impetaret: inuenire potuit:
 atq; ideo ne unde arbitrari quidem suo postulare: sed ne amici
 quidem Sese Neuis quorum sepe & cetera ad pedes iacuit stratus

oblectant per deos immortales: ut aut secum iure contenderet aut
in iuriam sine ignominia sibi imponerent. Denique ipsius inimici uultu
superbissimum subit: ipsius Sex: Meus Lacrimas manuum prebende
in propinquorum bonis prosterbens: exercituum: oblectant per
fratris sui mortui curam: per nomen propinquitatis: per ipsius
contingen. de liberis quibus proprius: P. Quintus nemo est: ut aliqui
misericordiam caperet aliquam: si non propinquitas: at etiam
sue: si non hominis: ac humanitatis rationem haberet: ut secum
aliquid integri sui fama qualiter dummodo tollerabili condicione
transigeret. Ab ipso repudiat: ab amicis eius non subleuatur: ab
omni magistratu optatur: atque porterritus quem preter te appelles
habet nomen tibi se: tibi omnes suas opes fortunamque committat
tibi committit exultationem ac spem relique uite. Multis uicis
tuis contumacis: plurimis tactatus manibus: non turpis ad te: sed
miser confusus e fundo ornatisimo delectus ignominis omnibus
appetit cum illam in suis paternis bonis dominari uideret: ipse
sibi nubi dotem conficere non posset: nubi alienam tamen ui
ta superiore commisit: ita hoc te oblectat. c. Aquila: ut quam
exultationem: quam honestatem in iudicium tuum prope ada
tam etate decursuq. attulit: eam liceat ei secum ex hoc loco esse:
ne si decimus officio nemo unquam dubitauit sexagesimo deruq. no
dedecore: macula turpissimam ignominia notetur: ne ornatus
eius omnibus Sex: Meus prospolus abutatur: ne parte ferat: quo
minus que exultatio P. Quintum usq. ad senectutem produxit
eundem usq. ad regum prosequatur.

M. T. C. Oratio pro Sexto Roscio Amerino.

NREDO EGO VOS IUDICES MIRARI QUID SIT
quod cum tot summi oratores hominumque nobilissimi sedes
ego possiduum surrexerim qui neq. etate: neq. inge
mo: neq. auctoritate sum cum his qui sedent: compara
tus. Omnes enim quos uidetis adesse in hac causa in
iuriam nouo scelere conflatam putant oportere defendi. Defen
dere ipsi propter iniquitatem temporis non audent: ita fit ut adde
propterea quod officium sequuntur. Taceant autem idcirco quia pe

proceptum

rucum mecum: quid ego audacissimus omnibus: minime. At
 tanto officior: q̄ ceteri: ne istius quidem laudis ita sum cupidus:
 ut alius eam preruptam uelim: que me igitur res preter ceteros impu-
 lit: ut causam Dec. Roscii reciperem: quia siquis istorum dixisset
 quos uident adesse: in quibus summa auctoritas est: atq; amplian-
 do: si uerbum de re p. fecisset id quod in hac causa fieri necesse est
 multo plura dixisset q̄ dixisset putatur: Ego etiam si omnia que
 dicenda sunt libere dixero: nequaquam tamen similiter oratio ma-
 exire atq; in uulgus emanare poterit: deinde quod ceterorum
 neq; dictum obscurum potest esse: propter nobilitatem atq; ampli-
 dinem: neq; temere dicto concedi propter etatem & prudentiam.
 Ego si quid liberior dixero uel occultum esse propterea quod non
 dim ad rem p. accessi: uel ignosci adolecentie mee poterit: tam
 & si non modo ignoscenda ratio: uerum etiam cognoscenda consuetu-
 do iam de civitate sublata est. Accedit illa quoq; causa q̄ a ceteris
 forsitan ita petuum sit: ut dicerent: ut utrum uis saluo officio se
 facere posse arbitrentur: a me autem hic contenderunt: qui ap̄
 me & amicitia: & beneficiis: & dignitate plurimum possunt: q̄
 quorum ego neq; beniuolentiam erga me ignorare: nec auctorita-
 tem aspernari: nec uoluntatem negligere debeam. his de causis ego
 huic cause patronus extiti: non electus: unus qui maximo inge-
 nio: sed relictus ex omnibus qui minimo periculo possem dicere.
 Nequid satis firmo presidio defensus Dec. Roscius: uerum uti ne
 omnino desertus esset: forsitan queratis qui iste terror sit: &
 que tanta formido que tot ac tales uiros impediat: quo minus pro-
 capite & fortunis alterius quemadmodum consuerant causam
 uelint dicere: quod adhuc uos ignorare non mirum est: prope-
 rea q̄ consulto ab accusatoribus eius rei que constant: hoc iudi-
 cum mentio facta non est: que res ea est: bona patris huius Dec.
 Rosci que sunt sexagies que de iuro fortissimo & clarissimo L.
 Sylla quem honoris causa nomino duobus milibus numum se-
 se se dicit emisse adolescens & potentissimus hoc tempore nostre
 ciuitatis: i. Cornelius Cnricogenus. si a uobis iudices hoc postulat ut
 quoniam in alienam pecuniam eam plenam atq; precariam nullo
 iure misert: quoniamq; ei pecuniae uita Dec. Rosci oblat: atq;
 officere uideatur: delectis ex animo suo suspicionem omnem.

metumq; tollatis se se hoc incolumi non arbitratur huius innocens
patrimonium tam amplum & copiosum posse obtinere. Damiano
& cetero sperat se posse quod adeptus est per scelus id est per luxuriam
effundere atq; consumere: hunc sibi ex animo scrupulum qui se diei
noctesq; stimulat ac pungit: ut euclatis postulat: ut ad hanc suam
predam tam nequam adiutores uos profiteamini si uobis equa
& honesta postulatio uideatur iudices. Ego contra breuem postulatorem
affero: & quo modo mihi persuadeo aliquanto equorem pri-
mum a christo peto: ut pecunia fortunisq; nostris contentus
sit: sanguinem & uitam ne petat. Deinde a uobis iudices ut auda-
cum sceleri resistatis: innocentium calamitatem leuentis & in causa
Sex Rosii periculum quod in omnes intenditur: propalatis: qd
si aut causa criminalis: aut facti suspicio: aut quelibet deniq; uel
minima res reperietur: quam obrem iudicantibus non nihil tam
in deferendo non uel secum. Postremo si preter tam predam quam
dixi: quaequam aliud cause inueneritis non recusamus quin illorum
libidini Sex Rosii uita dedatur. Sin aliud opus nihil nisi ut: ut
nequid desit: quibus scilicet nihil est: si hoc solum hoc tempore pugna-
tur: ut ad illam optimam praecellantemq; predam damnatio Sex
Rosii uelut cumulus accedat: non ne cum multa indigna: tum
uel hoc indignissimum est: uos idoneos habitos per quorum senten-
tias iuramentum id assequantur quoda natura ipsa scelere &
ferro alloqui consueverunt: qui ex ciuitate in senatum propter di-
gnitatem ex senatu in hoc consilium delecti estis: propter seueri-
tatem ab his hoc postulare homines sicarios atq; gladiatores: non ut
ut supplicia autem: que a uobis pro maleficis suis metuere atq; hor-
re debent. Verum etiam ut spolis Sex Rosii hoc iudicio armari
audiatq; discodant: his de rebus tantis tamq; atrocibus: neq; satis gra-
uiter conqueri: neq; satis libere uociferari posse intelligo. Etiam eo
modicam ingenium: grauitati etas: libertati tempora sunt impo-
dicauero. Huc accedit summus timor quem mihi natura pudorq;
meus attribuit: & uestra dignitas: & uis aduersariorum: & Sex
Rosii pericula: qua propter nos oro iudices atq; obsecro: ut anete
bonaq; cum uenia uerba mea audiant: fide sapientiaq; uestra fretus
plus plus oneri subleuis qd ferro posse intelligo. hoc onus si uos aliq;
ex parte alleuabitis: feram ut potero studio & industria iudices

Sen. A. uobis id quod non spero dolerit: tamen animo non deficiam.
 & id quod non suscepi quoad potero serui. quod si perferre nō
 potero: opprimi me onere officii malo: q̄ id quod mihi in fide semel
 impositum est: aut propter perfidiam obiceret: aut propter infir-
 mitatem animi deponere. Te quoq; inagnopere. M. fann. quae ut
 quidem te cum antea. p. n. prebui: cum hinc idem questioni iudex
 penes: ealem te: & nobis & rei. p. hoc tempore impartial. Quanta
 multitudo hominum conuenerit ad hoc iudicium iudex: que sit
 omnium mortalium expectatio: que cupiditas: ut aera & seuera
 iudicia fiant: intelligit. Longo intervallo iudicium intersecarias
 hoc primum conuenerit: cum interea cedet indignissime maxi-
 meq; facte sunt: omnes hae questionem te pretore manifestis ma-
 leficiis quotidianiq; lingua dimissis sperant futuram: qua no-
 ciferatione in ceteris iudicis accusatores uti consueuerunt: ea nos
 hoc tempore unum qui causam dicimus. Remus abste. M. fann.
 a uobisq; iudex: ut q̄ acerrime maleficia iudicetis: ut q̄ forsitate
 hominibus audacissimis resistat: ut hoc cogitatis: nihil in hac causa
 qui uester animus sit ostendetis. eo prorumpere hominum cupi-
 ditatem & scelus & audaciam: ut non modo clam: uerum etiam
 hic in foro ante tribunal tuum. M. fann. ante pedes uestros iudex
 inter ipsa subletha cedet future sint. Et enim quid aliud hoc iudicio
 temptatur: nisi ut id fieri liceat. Acculant hi qui infortunat huius
 miserunt: causam de: si cui preter calamitatem nihil reliquisset
 Acculant ii quibus occidi patrem. Sex. Rosci bono fuit: causam
 dicit: si cui non modo luctum: uerum etiam egestatem. mors pa-
 tris intulit. Acculant ii qui hunc ipsum uigulare summe cupierit
 causam dicit: si qui etiam ad hoc ipsum iudicium cum praesidio ue-
 nit: nec sine libidine ante oculos uestros tradidit. Deniq; ac-
 culant: ii quos populi polcat: causam dicit: si qui unius relictus ex
 illorum neparia cede restat: atq; ut facilius intelligere possit iu-
 dices ea que facta sunt indigniora esse q̄ hoc sunt: que dicimus: ab
 initio res quemadmodum gesta est: sit: uobis exponemus: quo
 facilius & huius hominis innocentissimi miseris & illorum au-
 daciam cognoscere possitis: & rei. p. calamitatem. Sex. tui. Ro-
 sci pater huiusce municipis amicus fuit: cum genere: &
 nobilitate: & pecunia non modo sui municipi: uerum etiam eius

uicinitas facile primus: cum gratia atq; hospitii flores homi-
num nobilissimorum. Nam cum Metellis seruilius deponibus
erat ei non modo hospitium: uerum etiam domesticus usus & con-
suetudo: quae ut equum est: familiaris honestatis amplitudinisq; gra-
uissimo: itaq; ex suis omnibus commodis hoc solum filio reliquit:
Nam patrimonium domesticis praedoniis uel ereptum possideret:
Fama & uita innocens ab hospitiis amicisq; paternis defendit:
hic cum omni tempore nobilitatis fautor fuisset: tum hoc tumultu
proximo cum omnium nobilium dignitas & salus in discrimen
ueniret: praeter ceteros in ea ciuitate cum partem causamq;
opera studio: auctoritate defendit. Et enim reddum putabat
pro eorum honestate se pugnare: propter quos ipse honestissimus
inter suos numerabatur. Postea q̄ uictoria constituta est: ab
armisq; recessurus cum praescriberentur homines: atq; omni
regione caperentur: ii qui aduersarii fuisse putabantur: erat
ille romae frequens atq; in foro & in ore omnium quoties uer-
sabat: magis: ut exultare uictoria nobilitatis uideretur q̄
timere: ne quid ex ea calamitatis sibi acciderent. Erant ei ue-
teres inimicis: cum duobus Rosciis amerinis quorum alterum
sedere in accusatorum sublellis uideo. Alterum tria huiusce
praedia possidere audio: quas inuictas si tam cauere potuisset
q̄ uenire solebat: uideret. Neq; enim iudices iniuria metuebat:
Nam duo isti sunt Titi Roscii quorum alteri capitori cognomen
est: iste qui adest magnus uocatur: homines eiusmodi. Alterum
plurimarum palmarum uetus ac nobilis gladiator habuit. hic
autem nuper se ad eam lamistam contulit qui ante hanc pugna-
turo esset: quod sciam facile ipsum magistrum scelere audaciaq;
superiuit. Nam cum hic Sex Roscius esset amerin: Titus autem
iste Roscius romae: cum hic filius assiduus in praediis esset: cumq;
se uoluntate patris rei familiaris: utiq; rustice dedisset: iste aliter
frequens romae esset: occiditur ad balneas palatinali rediens: &
cena Sex Roscius. Spero ex hoc ipso non esse oblectum adque
suspectio maleficii pertineat: Verum id quod adhuc est suspec-
tiosum: nisi perspicuum res ipsa fecerit: hunc affinem culpe indi-
catote: occiso Sex Roscio prius amerinam nuntiat: nullius
glauca quidam homo tenuis & libertinus: clientis & familiaris

Titus tunc Roscius. Et nuntiat dominum non filium sed titi Capitonis in-
mici & cum post horam primam noctis occisus esset, primo dilu-
lo nuntius hic Ameriam uenit. Decem horis nocturnis sex & qui-
quaginta milia passuum, cassis peruolauit non modo ut exciperetur
inimico tantum, primus afferret: sed etiam cruorem inimici quod
recentissimum telumque paulo ante e corpore ex-medium ostenderet.
quateriduo que hec gesta sunt res ad Crisognum in castra. L. Sylla
uolaretur defertur: magnitudo pecunie demonstratur bonitas
predictum. Nam fundas decem & tres reliquit: qui Syberum fere
omnes tangunt: huius inopia & solitudo commemoratur. Demon-
strant eum pater huiusce. Deo. Roscius homo tam splendidus &
gratiosus nullo negotio sit occisus: per facile hunc hominem me-
mum & ruf & romae ignotum de medio tolli posse ad eam rem ope-
ram suam pollacitur. Ne diuites teneam iudices societatis con-
cum iam procriptionis mentio nulla fieret: cum etiam qui aeta
metuerant rediret: ac iam defunctos se se periculis arbitarentur
hominis studiosissimi nobilitatis mancipi sit Crisognus. Tria scilicet
uel nobilissimi captoni propria traduntur que hodie possidet
in reliqua omnes fortunae iste Titus Roscius nomine Crisogni que
admodum ipse dixit imperum fecit. hec bona emittitur sex ter-
torum duobus milibus misurum. hoc omnia iudices imprude-
te. L. Sylla facta esse certe scio. Neque enim mirum cum eodem
tempore & ea que preterita sunt: & ea que uidentur instare
preparat: cum & paucis constituenda rationem & belli gerendi
potestatem solus habeat: cum omnes in unam spectent: unus om-
nia gubernet: cum tot tantisque negotiis distentis sit: ut respirare
libere non possit: si aliquid non animaduertat: cum presertim
tam multa occupationem eius obseruent: tempusque aucupentur
ut simul atque ille desperet: aliquid huiusmodi moliantur
sine accedat quoad quantum ille felix sit: sicut est. tamen tanta
felicitate nemo potest esse in magna familia. qui neminem neque
seruum neque liberum improbum habeat. Interea iste Titus Ro-
scius uir optimus procurator Crisogni Ameriam uenit: in pre-
dia huius inuadit: hunc miserum ludu predictum qui non dum
etiam omnia paterna funeri iusta solusset. nudum eiecit do-
mo atque foet patris: disque penaribus iudices exturbat ipse

amplissime pecunie sit dominus qui in sua re fuisset: egentissimus
erat: ut sit insolens in alienam: multa palam domum suam aufere-
bat: plura etiam de medio remouebat: non pauca suis adiutoribus
large effusq; donabat: Reliqua constituta auidione uendebat: qd
meritis usq; eo usum est indignum: ut urbe tota fletus gemantq;
fieret: Et enim multa simul ante oculos uersabantur: mors boni-
mi florentissimi Sex: Roscii crudelissima cui de tanto patrimo-
nio predio: filii autem eius egestas indignissima cui de tanto pat-
rimonio predio iste nepharius: ne iter quidem ad sepulchrum pa-
trium reliquisset: bonorum emptio flagitiosa possessio furta: rapi-
ne: donationes: Memo erat qui non ardere omnia mallet q; iudicē
in Sex: Roscii uiri optimi ac honestissimi bonus ualidantem se ac do-
minantem Ti: Roscium: itaq; decurionum decretum statim sit ut
decem peni proficiscantur ad L: Syllam docentq; eum qui uir
Sex: Roscius fuerit: conquantur de istorum scelere: & inuiriis
orent: & illius mortui famam: & filii innocens fortunam confer-
uat uelint: atq; ipsum decretum queso cognoscite decretum deui-
legati in castra ueniunt: intelligitur iudices qd iam ante dixi im-
prudente Lucio Sylla scelera hec & flagitia fieri: Nam statim Chri-
sognus ipse ad eos accedit: & homines nobiliss allegat us qui petenti-
ne ad Syllam adirent: & omnia Chrisognum que uellent esse futu-
rum pollicentur: Vsq; atq; autem ille pertinuerat: ut mori
mallet q; de his rebus Syllam doceri: homines antiqui qui ex sua
nauata ceteros fingerent: cum ille confirmaret se se nomen Sex:
Rosci de tabulis exempturum: proelia uacua filio traditurum
cumq; id ita futurum: Ti: Roscio capto qui indecem legatis erat
adpromittere: crediderunt: amertiam remorata reuertentur
ac primo non rem differre quondam ac per crastina re isti cape-
runt: Deinde aliquanto lentius nihil agere atq; deludere: postre-
mo id quod facile intellectum est insidias uite huiusce Sex: Ro-
scoi parare: neq; se se arbitrari posse diuitias pecuniam alienam
domino molimur obtinere: quod hic simul atq; sensit de amico-
rum cognatorumq; sententia romam confugit: & se se ad cecilia
nepotis filiam quam honoris causa nomino contulit quam pater
uisus erat plurimum: in qua muliere iudices etiam nunc id qd
omnes semper existimauerunt quasi exempli causa uestigia:

antiqui officii remanent: Ea Sex: Robur inopem: ciebim dome
atq; expulsum: ex suis bonis fugientem latronum tela & minas re-
cepit: domum hospicio: que oppresso tam desperatoq; ab omnibus
opistata est: eius virtute: fide: diligentia factum est: ut hoc pon-
tius in reos: q̄ occisus in proscriptos referretur: Nam postquam
isti intellexerunt: summa diligentia vitam Sex: Robur custodiri
neq; sibi ulla cedis faciende: potestatem dari: consilium ceperunt:
plenum sceleris & audacie: ut nomen huius de patricio deferet
ut ad eam rem aliquem accusatorem ueterem compararent: qui
de ea re possit dicere aliquid in qua re nulla subisset suspitio: Deniq;
ut quoniam crimine non poterant: tempore isto pugnarent: ita
loqui homines qd iudicia tam diu facta non essent: condemnari
eum oportere: qui primus in iudicium adductus esset: hanc autem
patronos propter chrislogu gratiam defuturos de bonorum iudicio
ne: & de ista societate uerbum esse facturum: neminem ipso note
paritidii: & atrocitate criminis fore: ut hic nullo negotio tolleret:
cum a nullo defensus esset: hoc consilio: atq; adeo hac amena impulsus
quem ipsi cuperent: non potuerunt occidere: cum iugulandum
uobis incididerunt: quid primum querat: aut unde potissimum
iudices ordiat: aut quod: aut a quibus auxilium petam: deorum
ne immortalium: populi ne: ro: vestram ne: qui summa potesta-
tem habent: hoc tempore fidem implorem: Pater occisus nephario:
domus obfessa ab inimicis: bona adempta: possessa direpta: filii uita:
infesta: sepe ferro atq; insidiis appetita: quid ab his tot maleficis
sceleris abesse uidetur: Tamen hoc alius nepharius: cumulant atq; ad-
augent: crimen incredibile: configunt: testes in hunc & accusato-
res huiusce pecunia comparant: hanc conditionem misero ferre
ut optetur: utrum malit ceruices Roburo dare: an insutus in-
cultum supplicium patriciarum: per summam dedecus uita
amittere: Patronos hinc defuturos putauerunt: desine: qui libe-
re dicant: qui cum fide defendant: ut quod in hac causa scilicet
quoniam quidem suscepi non deest iudices: profecto te forsitan
in suscipienda causa: temere impulsus adolescentia fecerim: qm̄
quidem semel suscepi: licet hercules undiq; omnes: nunc: terre-
res: periculaq; impediunt omnia: succurrant ac subibo: Certum
est: deliberatum: queq; ad causam pertinere arbitor: omnia uo

modo dicere: uerum etiam libenter: audacter: libereq; dicere:
Nulla res tanta exultat iudices: ut possit uim mihi maiorem ad
hibere: metus q̄ fidel. Et enim quis tam dissoluto animo est qui
hec cum uideat: tacere ac negligere possit. Patrem meum cum
proscriptus non esset: uigilatis occisum: in proscriptorum nume-
rum retulisti: me domo mea per uim expulisti: patrimonium
meum possideti. Quid uultis amplius: etiam ne ad sublella cum
ferro ac telis uenisti: ut hic aut uiguleti: aut condemnati Sex-
Roscium hominem longe audacissimum nuper habuimus in ciui-
tate: c. fimbriam & quod inter omnes constare: nisi inter eos
qui ipsi quoq; insaniunt: insanissimus is cum euasisset in finere
c. uari utq; scruola nutneretur: uir sanctissimus atq; ornatis-
simus nostre ciuitatis: de eius laude neq; hic locus est: ut multa
dicantur: neq; plura tamen dici possunt: q̄ populus: r. memoria
retinet diem: Scruole dixit postea: q̄ comperit eum posse uiuere
cum ab eo quereretur: quid tandem accusatus esset eum: que
prodignitate: ne laudare quidem quisquam satis commode possit
auire hominem: ut erat furiosus: respondisse. Q. non totum te-
lum corpore recepit: quo populus: r. nihil uidet indignius: nisi
illius uiri mortem: que tantum potuit: ut omnes eius perdidit:
& affligerit: quos quia seruare per consules repositionem uolebat
ipse ab his interemptus est. Est ne: hoc illi dicto atq; facto fimbri-
am non sanissimum accusans Sex: Roscium: quid uia: quia de mani-
bus ueltris effugit: quia se occidi passus non est. Illud quia in-
Scruola factum est: magis indignum uideatur: hoc quia sit: & chry-
sogno non est ferendum: Nam per deos immortales quid est in
hac causa: quod defensionis indigeat: qui locus ingenium patro-
ni requirit: aut oratoris eloquentia magnopere desiderat: loci
causam iudices explicemus: atq; ante oculos expolitam considere-
mus. Ita facillime queres totum iudicium commeat: & quibus
de rebus nos dicere oporteat: & quid uol loqui conueniat: intelli-
getis. Tres sunt res quantum ego existimare possum: que obstat
hoc tempore: Sex: Roscio: crimen aduersariorum: & audacia
& potentia pugnat criminis confessionem. Accusator trulius
suscepit: Audacie partes Rosci sibi poposcerunt: chrisogonus
autem his qui plurimum potest: potest potentia pugnat de

hoc omnibus: ideo qđ prima rebus me dicere oportere intelligo.
 Quid igitur est: non eadem modo de omnibus: ideo qđ prima illa
 res ad meum officium pertinet: diuis autem reliqua uobis populis
 imponitur. Ego enim oportet delictam: uol & audacie resistere:
 hominum autem modi periculosam atq; tollerandam potentiam primo
 q. tempore extinguere atq; opprimere debent. occidisse patrem
 hoc Rofcius arguitur. Delectum diu immortales ac nepharum
 scđal: atq; eiusmodi: quo uno maleficio scelera omnia. complessa
 esse uidentur. Et enim si id quod preclare a sapientibus dicitur
 uisum sepe seditur pietas: quod supplicium satis acre reperitur in
 eum qui mortem obtulerit parenti: pro quo mori ipsum si res po-
 stularer. iura diuina atq; humana cogebant. In hoc tanto tam
 aereos: tam singulari maleficio quod id uero excitat. Ut si qđ
 audium sit: portenti ac prodigii simile numeretur quibus ean-
 dem te. c. Erice argumenti accusatorem censens uti oportere.
 Nonne & audaciam eius qui in crimine uocatur: singularem:
 ostendere. & morem feroc. immanemq; naturam. & uitam uisil
 flagitiisq; omnibus deditam: & deniq; omnia ad peruersam pro-
 fligata atq; peruersa. quorum tu nihil in hęc Rofcium. ne obicit
 di quidem causa. consilii. Patrem occidit hoc Rofcius qui: hō
 adolescentulus corruptus & ab hominibus neq; indidit. annos
 natus maior quadraginta uetus uidelicet hircius homo audax
 & sepe in cede uersatus. At hoc ab accusatore ne dici quidem au-
 distet. Luxuriosus igitur hominem. immanem. & eris aliter magni-
 tudo: & in domum anni cupiditates ad hoc scelus impulerunt. Do-
 luxuria purgavit: crucis: cum dixit hanc in conuiuio quidem
 ullo fere interfuisse. Nihil autem unquam debuit: cupiditates
 porro que possunt esse in eo qui ut ipse accusator obicit ruri-
 semper habitavit: & in agro colendo iuxerit: que uita maxie
 distumta cupiditate: & cum officio commēda. que res igitur
 tantum illum furorem. hoc Rofcio obicit. Patri inquit non
 placebat. quam ob causam. necesse est enim. eam quoq; iustam. &
 magnam. & perspicuam fuisse. Nam ut ille incredibile est in-
 rem oblatam esse patri a filio sine plurimul & maximul causis
 si hoc uerisimile non est. adio fuisse parenti filium sine causis
 malis & necessariis. Rursus igitur eodem reuertam

A queramus que tanta uita fuerint in unico filio : quare ipse pat
displiceret. At perspicuum est nullum fuisse. Pater igitur aueris
qui obhideret. cum sine causa quem procrearet. At si quidem fuit
omnium constantissimus. Ergo illud iam perspicuum profecto e
si neq. aueris pater. neq. perditus filius fuerit. neq. odii causam pa
tri. neq. sceleris filio fuisse. Falsus inquit que causa odii fuerit. fuit
se odium intelligo. quia antea cum duos filios haberet illum alteri
qui mortuus est. secum omni tempore uolebat esse. hunc T pre
dia rustica relegauit. quod Crucio accidebat uirgula nugatorumq.
accusatione. idem mihi ubi uenit in causa optima. Alie quo modo cri
men commentum confirmaret. non inueniebat. Ego res tam leues
qua oratione infirmam ac diluam reperire non possum. Quod ad
erucii. tot prelia. tam pulchra. tam fructuosa. Sex. Robulus filio
suo relegationis ac supplicii grata. cole. colenda ac tuenda tradide
rit. Quod hoc patres familie qui liberos habent. Presertim homi
nes illius ordinis esse municipiis rusticarum. non ne optatissimum
sibi putant esse filios suos rei familiaris maxime seruire. & in pre
dii colendis opere plurimum studiisq. consumere. An mandata
hunc sicut esset magro ac tantummodo aleretur ad usum ut co
modis omnibus careret. Quod si constat hunc non modo colendis
prediis fuisse. sed certis fundis parte uitio frui solitum esse. tam
ne hec atente uita & rusticana. relegatio atq. amandatio appella
bitur. Videt eruci. quantum distet argumentatio tua ab re ipse.
atq. ueritate. quod consuetudine patres faciunt. id quasi nouim
reprehendis. Quod beniuolentia fit. id odio factum criminans.
quod honoris causa. pater filio suo concessit. id eam supplicii ca
fecisse dicit. neq. hec tu non intelligis. sed usq. eo quid arguas no
habet. ut non modo tibi contra nos dicendum putat. Verum etia
contra rerum naturam. contraq. consuetudinem hominum. At
enim cum duos filios haberet alterum a se non dimittebat. Alte
rum rurs esse patrebat. quos Crucio ut hoc in bonam partem
accipias. Non enim exprobandi causa. sed commoneudi gratia
dicam. si tibi fortuna non dedit. ut patre certo nascere. ex
quo intelligere posses. qui animus patriam in liberos esset. At
natura certe dedit. ut humanitatis non parum haberet. eo
accessit studium doctrine. ut ne a literis quidem alienis esset.

quid tandem tibi uidentur: ut ad fabulas ueniamus: Denex ille cecidit: natus minoris facere cuticum filium, rusticum: quillum alterum, cere-
 stium: Nam ut opinor: hoc nomine est: Alterum in urbe secum:
 honoris causa habere: alterum, rufi supplicis causa relegasse: quid
 ad istas meptias abis inquit: quasi uero tibi difficile sit: quamuis
 multos nominatim proferre, ne longius habeam: uel tribulis uel
 uicinis meos qui suos quos plurimum faciunt agricolis: assiduos esse
 cupiunt: Verum homines meos summere octoliam: cum & illud
 incertum sit: uelint ne si se se nominari: & nemo uobis magis futurus
 sit: quod est hoc euzencus: & certe ad rem nihil interfit: Ntrum hunc ego
 comucium adolefcentem: an aliquem ex agro uenientem nominem.
 Est enim hoc conficta: abitor esse a poetis: ut effictos nostris morem
 alienis personis expressimq; ymaginem nostram uite quondam
 uiderimus: Age nunc refer animum sis ad ueritatem: & considera:
 non modo mumbra atq; in ea uicinitate: sed in his ueteribus mun-
 cipis que studia a patribus familiar maxime laudentur: tam pfecto
 & intelliges inopia criminum summa laudem: Sex: Roleio uitio
 & culpe dedisse: Ac non modo hoc patrum uoluntate liberi faciunt:
 sed permultas & ego noui: & tibi me fallit animus quisq; ueltraui:
 qui & si incensi sunt studio quoad agrum colendum amittit: uisq;
 hanc rusticam, quam tu probro & crimina parat esse oportere &
 honestissimam esse arbitrantur: quid censet hunc ipsam Sex:
 Roleium: quo studio & qua diligentia intelligere esse i rusticis
 rebas ut: esobis propinquus eius hominibus honestissimus audis:
 Non tu multo artificio accusatoris callichor es: quod hic insano: Veru
 ut opinor quorum ita chrislogno uidetur: qui hanc nullum predu
 relinquit: & aruificum obliuiscatur: & studium deponat: licet
 quod tamen & si miserum & indignum est: feret: tamen equo suo
 iudices: si paruol uitam & famam potest obtinere: hoc uero est
 quod ferri non potest: si & in hanc calamitatem uenit: propter pe-
 diorum bonitatem & mansuetudinem: & quod ea studioso coluit
 id erit: es maxime finis: ut parum misere sit: quod alius coluit
 crimina fuerit: Ne tu crui accusator esse ridiculus si illis tem-
 poribus natus es: cum ab avaro accersedantur: qui consules fieri:
 Et enim qui preesse agro colendo flagitium putet: pfecto illi
 Atlium quem sua manu spargentem semen: qui nulli erant con-

uenerunt: hominem turpissimum atq. inhonestissimum iudicarent.
At herculem maiores nostri longe aliter & de illo & de ceteris ta-
libus uiris excusabant: itaq. exnumera tenuissimaeq. re. p. ma-
ximam & florentissimam nobis reliquerunt: si uol enim a grol. stuchole-
non alieno cupide appetebant: quibus rebus & agris / urbibus & na-
tionibus rem. p. atq. hoc imperium: & populi. r. nomen auxerunt.
Neq. ego hoc eo profero quo conferenda sint cum helce: de quibus
nunc querimus: sed ut illud intelligat: cum apud maiores nostros
humis uiri clarissimiq. homines qui omni tempore ad governa-
cula rei. p. sedere debebant: tamen in agris quoq. colendis aliquan-
tum opere temporisq. sumplerunt: ignaki oportere ei homini qui
se fatentur esse rusticum: cum ruri assidue semper uixerit: cum
praesertim nihil esset quod aut patri aut gratis / aut sibi iocun-
dus: aut re uera honestus facere posset. odium igitur acerrimus
patris in filium: ex hoc opinor ostenditur: Eruci / quod hunc ruri
esse patetatur. Num quid est aliud: immo uero inquit est. Na
istum exhereditare immo habebat / audio: nunc dies aliquid
quod ad rem pertineat: Nam illa opinor: tu quoq. concedis leuia
esse atq. inepta conuiuia cum patre non inibat: quippe qui ne in
opidum quidem: nisi perituro ueniret: domum suam istum non
ferre: quisquam uocabat: nec miris qui nec in urbe uiuere: neq.
reuocatus esset. Verum haec tu quoq. intelligis esse nugatoria.
Illud quod cepimus uideamus quo certius argumentum odii re-
periri nullo modo potest. Exhereditare pater filium cogitabat:
immo querere quadam causa / quero qui scias tam & si te dicere atq.
enumerare causas omnis oportebat: & id erit certi accusatoris offi-
cium qui tanta sceleris argueret: explicare omnia uita atq. pecca-
ta filii quibus incensus patris potuerit animum inducere: ut
naturam ipsam uinceret ut amorem illum penitus inlitum eiceret
ex animo: ut deniq. patrem esse se se obliuisceretur: que sine ma-
gnis huiusce peccatis accidere potuisse non arbitror. Verum con-
cedo tibi / ut ea praeterea que cum taces nulla esse condis. Illum
quidem uoluisse exheredare: certe tu planum facere debes: aut
ergo asseri: quare id factum putemus: uere nihil potest dicere: sin-
git aliquid saltem commode: ut ne plane uidearis id facere:
quod aperte facis: huius miseri fortunae & horum uirorum dignitas

calum dignitas illudere. Exheredigare filium uoluit: quam ob rem
nequo exheredatit ne: ⁴⁶⁹ qui prohibere cogitabat: cogitabat: cui
dixit nemini: quod est aliud iudicio ac legibus ac maiestate uestra:
alium ad questum atq. ad libidinem: nisi hoc modo accusare: atq. id
obicere: quod plimum facere non modo non possit: sed ne conerit
quidem. Nemo nostrum est: Cruci quam leuat tibi inimicitia tam.
Sex. Roscio nullas esse. Vident omnes qua de causa huc inimicitia ue
niai. Sciunt huiusce pecunia te adductum esse. quid ergo est:
ita tamen questus te cupidum esse oportebat: ut horum existima
tionem & legem rationem um putares aliquid ualere oportere:
Accusatores multos esse in ciuitate: unis est: ut metu contineatur
audacia. Verum tamen quanquam abest a culpa: suspitione tamen
non caret: tam & si miserum est: tamen ei qui hunc accuset: possim
aliquo modo ignoscere: cum enim aliquid habeat quod possim cri
minose ac suspitione dicere: aperte iudicari & calumniari scien
non uidebatur. quare facile omnes patimur esse q̄ plurimas accusato
res: q̄ innocens si accusatus sit: absolui possit. Nocens: nisi accusatus
fuerit: condemnari non potest. Vitius est autem absolui innocentiē
q̄ nocentem causam non dicere. Anseribus cibaria publice locantur
& canes alentur in capitolio: ut significent si fures uenerint. At fu
res internoscere non possunt: significant tamen si qui noctu in cap
itolium uenerint: & quia id est suspitionolium: tam & si bestie sunt: t̄n
in eam partem potius peccant: que est cauior. q̄ si luce quocun
que latrent: cum eo salutatum aliqui uenerint opinor: ut crura
suffragantur: quod acres sint: etiam tum: cum suspitio nulla
sit. Simillima est accusatorum ratio: alii uestrum anseres sint:
qui tantummodo clamant: nocere non possunt. Alii canes qui
& mordere & latrare possunt: cibaria uobis preberi uideamus. Vos
autem maxime debetis in eos impetum facere qui merentur hoc
populo grauissimum est. Deinde si uolent etiam tum: cum ueris si
male erit: aliquem commisisse in suspitionem: latratore id quod
concedi potest. Sim autem sic agitis: ut arguatis aliquem patrem
occidisse: neq. dicere possint: aut qua re: aut quo modo: ac tantū
modo sine suspitione latrabitis: crura quidem uobis nemo suffri
get. Sed si ego hoc bene noui: iuxta illam: cui uos usq. eo mima
ci estis: ut etiam calumniis oderitis: ita uehementer ad caput affi

*Veritas est in re: in re plane claudat
de accusetur: tunc si quis*

gent: ut postea neminem alium nisi fortunat uictis accusare
possint: quid mihi ad defendendum dedisti bene accusator: quid
habe autem suspicandum ne exheredaretur uerius est audio. Sed
qua de causa uereri debuerit: nemo dicit: habebat pater in animo.
Plautum fac: nihil est non qui cum delibenter: quem certuorem
fecerit: unde istud uobis suspicari in mentem uenerit. cum hoc
modo accusas Truci: nonne hoc palam dicit: Ego quid acceperim
scio: quid dicam nescio. Vnum illud spectavi quod Chrysostrum aie-
bat: Meminem isti patronum futurum: de bonorum emptione: deq
ea societate neminem esse: qui uerbum facere auderet: hoc tempore
hoc te opinio falsa in istam fraudem impulit. Non me hercule uerba
fecisset: si tibi quemquam responsurum putasset. opere pretium est
si animaduertisti iudices negligentiam eius in accusando considerari:
credo cum uidisset qui homines in hunc sublellius haberent: qualesse:
num ille aut defensoris esset de me non suspicatum quidem esse:
quod etiam causam publicam nullam dixerim. Postea q̄ in uenire: ne-
minem eorum qui possunt & solent: ita negligens esse cepit: ut eū
in mentem ueniret ei: resideret: deinde spatia retur: non nunquam
etiam puerum uocaret: credo cui cenam imperaret: prorsus ut uirō
consensu & hoc consensu pro summa solitudine abuteretur permi-
uit aliquando assedit. Surrexi ego respirare uisus est: quod non
alius potius diceret: cepi dicere: usq̄ eo animaduerti iudices eum
iocari: atq̄ alius res agere: ante q̄ Chrysostrum nominavi quem si-
mulari quod amigri statim homo se erexit: mirari uisus est: Intelle-
xi quid eum pepigisset iterum ac tertio nomino. Postea homines
currare utro & citro non desisterunt: credo qui Chrysostrum nū-
tiantes esse aliquem in ciuitate qui contra uoluntatem eius dicere
auderet: aliter causam agi: atq̄ ille exanimare: aperiri bonorum
emptionem uexari pessime societatem: gratiam: potentiamq̄ eius
negligi iudices diligenter attendere: populo rem indignam uideri
que quoniam te sefellent: Truci quoniam que uides uersa esse
omnia: causam pro Sex. Roscio si non commode ac libere dici que
dedi putabas defendi intelligi quos eruditorum sperabas iudices
iudicare: restitue nobis aliquando ueterem tuam illam callidita-
tem: atq̄ prudentiam consistere: his ea spe uenisse: qm̄ putares
hic latrocinium: non iudicium futurum. De patricio causa dicit

esse tam sanctam : quod non aliquando violaret audacia supplicium
 in patricidal singulare excepisset : ut quos natura ipsa retinere
 in officio non potuisset magnitudine pene a malefico submoueretur
 insu uoluerunt in culleum uniuersos atque ita in flumen deici : o singula
 rem sapientiam iudicis. Non ne uidentur hunc hominem ex terra
 natura subtilis & eripuisse : cui repente celum / solem / aquam :
 terramq; ademerint : ut qui eum necasset unde ipse natus est : &
 careret his rebus omnibus ex quibus omnia nata esse dicuntur : No-
 luerunt ferri corpus obicere : ne bestis quoq; que tantum scelus at-
 tulerunt immansioribus uiderentur. Non sic nudas in flumen deice
 ne cum delati essent in mare ipsum polluerent : quo cetera que
 uoluta sunt exari putantur. Deniq; nihil tam uile neq; tam uil-
 gare est : cuius partem ullam reliquerint. Et enim quid tam est
 commune q̄ spiritus uiuis : terra mortuis : mare fluctuantibus : lit-
 etibus : ita uiuis dam possint : ut ducere animam de celo non
 queant : ita moriantur ut eorum ossa terra non tangat : ita uelantur
 fluctibus : ut nunquam abluantur : ita postremo eiciuntur : ut
 ne ad loca quidem mortuis conualescant. Tanti malefici crimen
 cui malefico tam in signe supplicium est constitutum probare te tibi
 ei censet posse salubri iuris sine causa quidem malefici protuleris
 Si hunc apud empitores bonorum ipsos acculeris : ei q; iudicio Chrylogo-
 presles tamen diligentius paratusq; uentus utrum apud quid ago-
 tur non uides : an apud quid agatur. Agitur de patricio quod sine
 multis causis suscipi non potest : apud homines autem prudentissimo
 agitur qui intelligunt neminem : nec inuicem quidem maleficiis
 sine causa adinuenire. Esto causam proferre non potes : tam & si scias
 uelle debeo : tamen de meo iure decedam & tibi quod in alia causa
 non concederem : in hac concedam : fretus huius innocentia. Non
 quero abs te quare patrem Sex. Roscius occiderit : quero quomodo
 occiderit. Ita quero abs te : Crui quo modo & sic tecum agam : ut
 meo loco uel respondendi uel interpellandi potestatem faciam. ut
 erum si quid uoles interrogandi quo modo occidit : ipse percussit
 an alius occidendum dedit : Si ipsum arguis. Rome non fuit : si p-
 alsos fecisse dicit : quero seruos ne : an liberos : quas homines modo
 ne America : an holo ex urbe sicarios : Si auerue qui sunt in cur-
 non nominantur : Si rome unde eos nouerat Roscius qui roman-

multis annis non uenit: qui cum locutus est: quo modo persuasit: Re-
 tum dedit: cui dedit: per quem dedit: unde aut quantum dedit:
 Non ne his uestigiis ad caput malefici perueniri solet: Et simul tibi
 in mentem ueniat: facito quemadmodum uitam huiusce deprome-
 ris hunc hominem ferum atq. agrestem fuisse: nunquam cum hōie
 quosquam collocatum fuisse: nunquam in opido constituisse. *Qua* re
 preterea illud quod mihi maximo argumento ad huius innocentiam
 poterat esse in rusticis moribus: in uictu arido: in hac horrida in-
 cultaq. uita istiusmodi maleficia gigni non solere: ne non omnem
 frugem: neq. arborem in omni agro reperire possit: sic non omnem
 facinus: in omnia uita nascitur: In urbe luxuriosae creatur: Ex luxu-
 ria excitat auaritia necesse est: ex auaritia erumpit audacia: inde
 omnia scelera & maleficia gignuntur. Vita autem haec rustica: que
 tu agrestem uocat: parsimoniae: diligentiae: uirtutis magistra est.
 Verum haec nulla facio. Illud quero si homo qui ut tute dicas nunq.
 inter homines fuerit: per quos homines hoc tantum facinus tam
 occultum: absens praesertim: consicere potuerit. Aucta sunt falsa
 iudicia que tamen argui suspicari potest in his rebus: si suspitio re-
 perta erit: culpam inesse concedam. Rome Sex. Roscius occiditur
 cum in agro amerino esset filius: literas credo miserat ab eui sicario q.
 nouerat neminem: accersit aliquem. At quando nuntium misit
 quem aut ad quem: pretio gratia: spe: promissis induxit aliquem
 mihi horum ne conungi quidem potest: & tamen causa de patri-
 cio dicitur: Reliquum est ut per seruos id administrat: o di immor-
 tales rem miseram & calamitosam qd. in tali crimine: qd. innocenti-
 filius solet esse: ut seruos in questionem collocantur: id Sex. to Ro-
 scio facere non licet. Vos qui hunc accusatis omnes eius seruos habetis
 unus puer uictus quotidiani administrat ex tanta familia. Sexto
 Roscio relictus non est. Te nunc appello. p. Scipio. Te. Marcellus uobis
 aduocatis: uobis agentibus aliquotens duos seruos paternos in que-
 stionem aduersariis Sex. Roscius postulat. Meministi ne. T. Ro-
 scium recitari: quid hi serui ubi sunt: Christus in iudice sedent
 apud eum sunt in ore: & in pretio: etiam nunc ut ex his quaeratur
 ego postulo: hic erat atq. obsecrat quid facitis: cur recitatis: Du-
 bitate etiam nunc iudice si potestis a quo sit Sex. Roscius occisus. Ab
 eo ne qui propter illius mortem in egestate & infidijs uersatur: cui

ne querendi quidem de morte patris potestas permittitur: an ab his
 qui questionem fugiant: bona possident: incede atq. ex corde uiuūt.
 omnia iudices in hac causa sunt misera atq. indigna. Tamen hoc nihil
 neq. acerbius neq. iniquius profertur potest. mortis patris. De pa-
 tris questionem habere filia non licet. Ne tam diu quidem domi-
 erit in uos dum ex his de patris morte queratur. Veniam neq. ita
 multo post ad hunc locum: nam hoc totum ad Rofcium pertinet:
 de eorum audacia tum me dicturum esse pollicentur sum: cum Crui
 crimina diluitem. Hunc erui ad te uenio. conueniat mihi tecum.
 necesse est si ad hunc maleficum istud pertinet: aut ipsum sua manu
 fecisse id: quod negas: aut per aliquos liberos aut seruos: liberos ne:
 quos: neq. ut conueniret: potuerit: neq. qua ratione iudicauerit: neq.
 ubi: neq. per quos: neq. qua spe: aut quo pretio potest ostendere. Ego
 contra ostendo non modo nihil eorum fecisse. Sex. Rofcium: sed ne
 potuisse quidem id facere: qđ neq. roma multis annis fuerit: neq. de
 prodis unquam temere discesserit. Restare tibi uidebatur seruorum
 nomen: quo quasi in portum eiectus & ceteris suspitionibus confugere
 posses. Vn scopulum offendis eiusmodi: ut non modo ab hoc crimine
 resilire uideas. Verum omnem suspicionem in uos met ipsos recide-
 re intelligas. Quid ergo est: quo tandem acculator argumentorum
 copia confugerit? Eiusmodi tempus erat inquit: ut homines uulgo
 impune occiderentur. agere hoc tu propter multitudinem licitio-
 rum nullo negotio facere potuisti. Interim tibi uideris erui una
 mercede: diu res assequi uelle: nos iudicio perferere: acculare ut
 eos ipsos & quibus mercedem accepisti: quid an: uulgo occidebantur:
 per quos & a quibus. Non ne cogitas te a secloribus huc adductum. et
 quid postea? nescimus per ista tempora. eosdem sone seclorē fuisse
 colorem & bonorum. hi deniq. qui tum armatis dies noctesq. con-
 cursabant: qui roma erant assidui: qui omni tempore in preda &
 sanguine uersabantur. Sex. Rofcio temporis illius acerbitatem: u-
 quitatemq. obiciuntur. Et illam licitiorum multitudinem in qua
 ipsi duces ac principes erant: hunc crimini peccabant fore qui non
 modo roma non fuit: sed omnino quid roma ageretur: nesciret:
 propterea qđ ruri assiduis: quemadmodum tute confiteris: fuit.
 Vereor ne aut molestus sim uobis iudices: aut ne ingenuis uestris
 uidear dissidere: si de tam perspicuis rebus distul dicentem. Erudi

criminatione tota ut arbitror dissoluta est: nisi forte expectatis uel
illa delictam que de peculatu atq; de eiusmodi rebus committenti
inuidia nobis ante hoc tempus atq; noua abicit que mihi istius
uisus est ex alia ratione declamare quam in alium rerum comen-
tareur: ita neq; ad crimen parricidii: neq; ad eum qui causam
dicit: pertinebat: de quibus quò uerbo arguit: uerbo satis est ne-
gare: si quid est quod ad testes referuet: ubi quoq; nos ut in ipsa cõ-
paratione reperiret q̄ putabat. Venio nunc eo quo me non cupi-
ditas ducit: sed fides. Nam si mihi liberet acculare: accusarem.
alios potius: ex quibus possem crescere quod certum est non face-
dam uerumuis licbit. Is enim mihi uidetur amplissimus qui sua
uirtute in altiore locum peruenit: non qui ascendit in commo-
dum per alterius calamitatem. Desinamus aliquando scriptari
que sunt inania. Queramus maleficium ubi & est & inueniri pot-
est inuelliges: Cruci certum crimen q̄ multis suspitionibus coargua-
tur: tametsi neq; omnia dicam: & leuiter unum quodq; (neq; ni-
id facerem: nisi necesse esset) & id erit signi me inuitem facere
quod non prosequar longius q̄ salus huius & mea fides postulat:
causam tu nullam reperies in Sex. Roscio. At ego in T. Roscio repe-
rio. Tecum enim mihi res est. T. Roscio quoniam sic sedes ac te p̄
aduersarium esse profitearis. De capstone post uiderimus si quem
admodum paratum esse audio testis produerit: tum alias quoq; eas
palmis cognosces. De quibus me ne audisse quidem suspicatur. L.
Cassius ille quem populus r. uerissimum & sapientissimum iudice
putabat. Idem eadem in causis querere solebat: cui bono fuisse sic
uera hominum est: ut ad maleficium nemo conetur sine spe: atq;
emolumento accedere. Hunc questorem ac iudicem fugiebant:
atq; horrebant: ubi quibus periculum creabatur: ideo quod tametsi
ueritatis erat amicus: tamen nã non tam propensus ad maleficium
q̄ implicans ad leuitatem uidebatur. Ego quinquam preest huc
questioni ut & contra audaciam fortissimus: & ab innocentia cle-
mentissimus: tamen facile p me pateret: uel illo ipso a certissimo iu-
dice querente: uel apud Cassianos iudices quorum etiam nunc ii
quibus causa dicenda est: nomen ipsum reformidant: pro Sex.
Roscio dicere. In hac enim causa cum uiderent: illos amplissimum
pecuniam possidere: hunc in summa mendacitate esse: illud qd

non quererent: cui bono fuisset: sed & perspicuum crimen & sus-
 pitionem potius ad predam adiungerent quã ad egestatem. Quod
 si accedis eodem: ut tenuis antea fueris. Quod si ut auarus: quid si ut
 audax: quid si ut illius qui occisus est inimicus: num querent
 da causa: que te ad tantum facinus adduxerit: Quod ergo horum
 negari potest: tenuitas hominis eiusmodi est: ut dissimulari non
 queat: atque eo magis eluceat quo magis occultatur. Auaritiam per-
 feris: qui societatem aueris de municipiis cognatis fortunis cum
 alienissimo quod sis audax: ut alia oblaucant: hinc omnes intelligere
 poterunt: quod ex tota societate: hoc est ex tota hircanis solus tu
 ostendit esse: qui cum acculatoribus sederes: atque of tuum non modo
 ostendit esse: sed etiam offerres inimicitias tibi fuisse cum Sexto Ro-
 lesio: & magnas rei familiaris controuersias concechis necesse est: Re-
 stat iudices: ut hoc dubitemus: uter potius hoc Ralium occide-
 rit: an ad quem morte eius dante uenerunt: an is ad quem mendi-
 catus: qui antea tenuis fuerit: An is qui postea factus sit egestissimus:
 is qui ardens auaritia feratur infestus in suos: an is qui semper uxi-
 uiscent: ut questum nosset nullum: fructum autem eum solum
 quem labore peperisset: is qui omnium factorum audacissimus sit:
 an is qui propter fori iudiciorumque insolentiam non modo hellelia
 uerum etiam urbem ipsam reformidat. Postremo iudices id quod
 ad rem mea sententia maxime pertinet: utrum inimicus potius
 an filius: hec tu crues tot & tanta sinactus esse: in reo quod diu dice-
 res: quo te modo uictares: tempus herde te citius quod oratio defice-
 ret. Et enim in singulis rebus eiusmodi materies est: ut diel sin-
 gulas possit consumere: neque ego non possum. Non enim tantum
 michi derogo: tam dehi nihil adrogo: ut te copiosum quam me potem
 posse dicere. Verum ego forsitan propter multitudinem patronum
 in gregem adnumerer. Te pugna carnensis acculatorem sat bonum
